



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Trias episcoporum et principum Paderbornensium triplici
in Societatem Jesu Paderanam beneficio munificia**


Theodor <Paderborn, Bischof>


[S.l.], 1692


urn:nbn:de:hbz:466:1-7710



Th 1603a








FRONTISPICIUM

Templi XAVERIANI Societatis Jesu Paderbornæ
 Quod Reverendissimus et Cellissimus S.R.I. Princeps FERDINANDUS & Liberis Baronibus de Furstenberg
 Episcopus Paderbornensis et Monasteriensis posito Solemniter primo lapide 13 Aug. Anni 1682
 Illustrissima Liberalitate extruxit:
 Reverendissimus Verò et Cellissimus S.R.I. Princeps HERMANNUS WERNERUS
 & Liberis Baronibus Wolff Metternich in et de Gracht Episcopus Paderb.
 Solemnibus Ceremoniis dedicavit Anno 1692 die 14 Sept.



FRONTISPICIUM
Templi S. SPIRITUS in Paderborna
Aedificatum auctore S. R. E. Archiepiscopo
WILHELMO METZGERO in a. 1710. Paderborni
Sculpturae auctore S. R. E. Archiepiscopo
WILHELMO METZGERO in a. 1710. Paderborni

TRIAS
EPISCOPORUM ET PRINCIPUM
PADERBORNENSIIUM
TRIPLICI
IN SOCIETATEM JESU PADERANAM
BENEFICIO MVNIFICA

THEODORUS
FURSTENBERGIUS
ACADEMIA LIBERALITER FVNDATA

FERDINANDUS
FURSTENBERGIUS
TEMPLO XAVERIANO
MAGNIFICE EXSTRVCTO

HERMANNUS
VVERNERUS
METTERNICHIUS
EODEM TEMPLO SOLENNITER DEDICATO

PRÆLUDENTE *Th 11603a*
IN DRAMATE PARALLELO
SALOMONE
THEATRO DATA

A Perillustri, Prænobili, Nobili & Ingenua Juventute
Academica Paderbornensi

Infrà Octavam Dedicacionis Ecclesie S. FRANCISCI XAVERII Indiatum & Japonie Apostoli.

Solemniter consecranda Die 14. Mensis Septemb: Anno 1692.

Cum ante decennium ædificari cœpta fuisset, posito primo Lapide 13. Augusti Anni 1682.

PADERBORNÆ, Typis DAVIDIS HUBERI,

A D L E C T O R E M.

Reminiscentia beneficiorum, quæ præcesserunt, sequentium est mater uteri tantò fecundioris, quò gratiorem filiam parturit. Liberaliore manu funduntur beneficia, cum in ingratos non effunduntur, abhorrente Naturâ inanes profusiones, quæ sine lucro, grati saltem animi, sterilescunt. Neq; enim sementem scopulo credimus, aut arenosum littus aramus, cum spes messis, aut in petram procidat, aut in aquam, dispendio utrobique aequali. Ab hac origine veterum Festa Fontinalia profuxerunt, quorum solennitas hoc lemmate concluditur: Aquam hausisti? puteum corona. Ab eadem fluxerunt Eucharistica, quæ, lege naturali, gratias iis agendas imperant, qui gratiam præstiterunt. Simile scriptiois hujus argumentum est: strictim memorare eorum beneficia, qui SOCIETATEM IESU PADERANAM, ut hic esset, evocarunt, ut meliùs esset, stabilierunt, & porrò pergunt affectu prono, effectu liberali, fovere ut Filiam, quam ut Patres educarunt. Cum autem multi eorum sint, & è plurium numero TRES potissimum emineant, Triplicem in iis SALOMONEM sistimus, ne inferior comparatio de dignitate Virorum Principum aliquid decerpant. Et habebit fortè SALOMON HEBRÆVS, quod in CHRISTIANOS SALOMONES, non ineptâ similitudine transire videatur. SALOMON, teste interpretum calculo, Academiam publicam in monte Sion erexit, in qua disputatum est: super lignis à Cedro, quæ est in Libano, usq; ad Hyssopum, quæ egreditur de pariete 3. Reg. 4. THEODORVS EPISCOPVS Generale Scientiarum studium excitavit in editiore sua Urbis colle, qui amœnos Paderæ fontes ab apice despicit, & è radice sua effundit. SALOMON Templum Hierosolymitanum opere Regali in mundi miraculum evexit. FERDINANDVS EPISCOPVS Basilicam Xaverianam, munificentia plusquam Principali, omnibus admirandum operum suorum compendium extruxit. SALOMON Basilicam Solymæam, Arcâ fœderis illatâ, dedicans, splendorem caeremoniarum veterû cum sanctitate mentis copulavit. HERMANNUS VVERNERUS EPISCOPUS Templum Xaverianum consecrans, gravitatem caeremoniarum legis novæ, animi sanctitate, & corporis decorâ gravitate duplicavit, nec dubiù fecit plus Se à radijs Virtutum, quàm fulgore Mitre, coruscare. Est & aliud, quod Palladem Paderanam in memoriâ veteris SALOMONIS retraxit. Noverat honori Fundatoris sui in Scenam productum ADOLESCENTEM SALOMONEM, cum Anno 1616. 13. Sept: VNIVERSITAS THEODORIANA, Ludis solennibus proclamaretur. Placuit non abire ab arvis Majorum vestigiis, sed pedem in eodem Theatro ita figere, ut, postquam in minori Dramate Adolescentia Salomonis novo vestitu decora præluserit, aperto ampliori spatio plures Salomones sponsa Sapientia exhibeat. Fave Lector, nec invide magnorum virorum encomijs, quæ testis veritas & plausus populorum stabilivit.

Drama

DRAMA I.
ADOLESCENTIA
SALOMONIS
SEU
CONNUBIUM
REGINÆ SAPIENTIÆ
CUM
SALOMONE
ADOLESCENTE

Hierosolymorum Rege:

S. FRANCISCO
XAVERIO
AMORIS DIVINI
SPONSO

Indiarum & Japoniæ Apostolo, nostri ævi Thaumaturgo,
in Choris parallelis consecratum.

PRÆLUDIUM.

Judicium Paridis, in quo pomum aureum defertur Veneri, tanquam pulchriori; post
habitis Pallade & Junone.

PROLOGUS.

Pallas (Dea Sapientiæ) ad Genium Familiæ Fürstenbergicæ appellat, qui Academiæ, à
se ad fontes Paderæ erectæ, sincerius judicium imperat: Hæc Scenam ordinat de Adole-
scente Salomone, qui præhabitam Veneri & Junoni Palladem, seu Sapienciam, sibi desponsat.

ACTUS PRIMUS.

Repulla Junonis, Deæ honorum & divitiarum.

*Optavi, & datum est mihi sensus: & invocavi, & venit in me Spiritus Sapienciæ, & præposui illam regnû & sedi-
bus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius. Sap. 7. v. 7. & 8.*

SCENA I. Exhibetur gloria Adolescentis Salomonis; ad cuius absolutam felicitatem nihil deest,
nisi sponsa.

*Magnificavis -- Dominus Salomonem super omnem Israël, & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante
eum Rex Israël. I. Par. 29. V. 25.*

SCENA II. Sponsæ quærendæ negotium Genius Israël dat Hymenæo, in nuptiis Pelci & Thetidæ
invento, aurumque offert pomum, donandum digniori.

Circuibam quærens, ut mihi illam assumerem. Sap. 8. V. 18.

SCENA III. Emissi ab Hymenæo Amores animant & armant se ad iter, in aula Cupidinis;
Indisa mihi, quam diligit anima mea, Cant. 1. V. 6.

SCENA IV.

SCENA IV. Incidunt Amores in Junonem, trium Deorum Fratrum Imperio, suisque opibus ac gloria superbam, & falso sibi arrogantem illud Prov. 8. *Per me reges regnant V. 15. mecum sunt divitia & gloria, opes superba. V. 18.*

SCENA V. Sponsalibus Salomonis cum Junone intercedit Sapientia; quæ ostensis divitiarum incommodis, regnorum inconstantia & brevitate, ad sui amorem invitat, *Regnum à Gente in Gentem transfertur. Eccli. 10 v. 8. Omnia potentatū brevū vita. v. 11. Rex hodie est, & cras morietur. v. 12. Concupiscentia Sapientia deducit ad regnum perpetuum. Sap. 6. v. 21:*

CHORUS PARALLELUS.

Genius S. FRANCISCI XAVERII, ad sacrum connubium divini Amoris suspirans, nobilitatem generis, sanguinem regium, familiae opulentiam, spem fortunæ melioris abjicit, ut dilectum per terras & maria investiget.

Surgam, & circumbo per vicos & plateas; quæram, quem diligit anima mea. Cant. 3. v. 2.

ACTUS II.

Repulsa Veneris, Dæ voluptatum.

Super speciem --- dilexi Sapienciam. Sap. 7. v. 10.

SCENA I. Amores, Sapienciam insecuturi, offendunt Venerem, eamque imprudentes vulnerant amore in Salomonem.

Et ecce, occurrit --- mulier ornata meretricio, preparata ad capiendas animas, &c. Prov. 7. v. 10. & seq.

SCENA II. Venus Legatos Amores variis illicitis allecat, in horto sui Adonidis, & vinea amici Bacchi.

Vino pretioso --- nos impleamus. Sap. 2. v. 7. Coronemus nos rosas, antequam marcescant. Ibid. v. 8.

SCENA III. Variis adhuc sensuum irritamentis eosdem Amores ad se attrahit.

Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & usamur creaturâ, tanquam in juventute coleritis. Sap. 2. v. 6.

SCENA IV. Inclinetur Salomon in nuptias cum Venere.

Dixi ergo in corde meo: vadam & assuam delicias, & fruam bonis. Eccl. 2. v. 1.

SCENA V. Turbat sponsalia Veritas, & detectâ Veneris fraude, animum Salomonis ad meliores nuptias flectit.

Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris in semitis ejus: multos enim vulneratos dejecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Prov. 7. v. 25. & 26.

CHORUS PARALLELUS.

Genius S. XAVERII spretis commoditatibus corporis, & consolationibus animæ, per aspera & ardua Divinum Amorem quærit: ad ista: SATIS EST; ad hæc. AMPLIUS, exclamans.

In lectulo meo per noctes quæsi, quem diligit anima mea: quæsi illum & non inveni; Cant. 3. v. 1. Vadam ad montem myrræ: Cant. 4. v. 6.

ACTUS III.

Sponsalia Salomonis cum Sapiencia.

Quæsi sponsam mihi eam assumere. Sap. 8. v. 2.

SCENA I. De non inventa hæctenus Sponsa subtristis Salomon, viso nocturno in dilectionem Sapienciam accenditur.

Noctæ apparuit ei Deus dicens: postula quod vis, ut dem tibi: dixitque Salomon Deo: da mihi Sapienciam. 2. Par. 1. v. 7. 8. & 10.

SCENA II. Ad Sapienciam quærendam eunt Amores, viæ duce Timore Domini.

Principium Sapiencia timor Domini. Prov. 9. v. 10.

SCENA III. Ad Auroram ducuntur primum, ubi se iis socios jungunt Labor & Juventus.

Qui manè vigilans ad me, inveniens me. Prov. 8. v. 17.

SCENA IV. Ad Parnassum deinde ab Aurora ablegati Amores, à Sapiencia, habitu Palladis, luduntur aliquamdiu; sed mox se ultro illa confitetur.

Invenitur ab his, qui quærens illam: praoccupat, qui se concupiscunt, ut illi se prior ostendat. Sap. 6. v. 13. & 14.

SCENA V. Salomoni despondet se Sapiencia, in dotem adducens pedissequas suas Copiam & Felicitatem.

Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Sap. 7. v. 11.

SCENA VI. Neo-Sponsis à Musis accinitur Epithalamium, applauditur ab Amoribus, & à Bethsabæ veterum nuptiali ritu, defertur corona florida.

CHORUS PARALLELUS.

Genius S. XAVERII invento Divino Amori desponsatur.

Inveni, quem diligit anima mea: tenui cum nec dimittam. Cant. 3. v. 4.

EPILOGUS

Jubet valere Spectatorem.

Drama II.

DRAMA II.
TRIPLEX SALOMON
TRIBUS EPISCOPIS
ET PRINCIPIBUS
PADERBORNENSIBVS
PARALLELVS.

PROLUSIO

*Musa Paderana Apollinis presidio, Religio cultu & domo se destitui
querentes, in spem & solatium vocantur à Tribus Celsissimis Principibus
Salomon parallelis Theodoro Fürstenbergio: Ferdinando Fürstenbergio:
Hermanno Wvernero Metternichio.*

ACTUS PRIMUS.

Salomon Hierosolymis, Theodorus Fürstenbergius
Paderbornæ Academiam fundat.

- SCENA I. SALOMON Epithalamio vacat cum sponsâ Sapientiâ datis acceptisque donis
Nuptialibus.
II. SAPIENTIA ex hoc Connubio posteritatem non degenerem ac nepotes sapientes desiderat,
propagandæ ad posteros Sapientiæ.
III. Quamobrem Salomon aperit uniuersale scientiarum omnium & Sapientiæ Gymnasium
IV. In quo ipse, Sapientiâ præside publicus Professor varia dat Scientiæ specimina.
V. Et accitos Academiæ Famâ Reges ac Principes politicam docet; accedente eodem, & stu-
pente Salomonis Sapientiæ Regina SABA.
VI. Celebratur communi gaudio Academia, cum omine magni ad posteros Sapientiæ
incrementi.

ALLUSIO.

- PARS I. Juuentus Paderana in otium & ruditatem à Venere Murtiâ, in errores ab hære-
si seducitur.
II. Consulturus communi incommodo Theodorus Fürstenbergius in Academiam à se aper-
tam, genium Societatis lesu velut Apollinem inducit, figitque ad Gymnasi frontem su-
um illud: DEO & PATRIÆ.
III. Pronza vicissim sedem Theodoro inter eos designat, QUI MULTOS ERUDIERUNT AD
IUSTITIAM.

ACTUS II.

Salomon Templum, Ferdinandus Fürstenbergius
Basilicam Xaverianam exstruit.

- SCENA I. SALOMON ex omni Regum Judaicorum serie templi conditor pronzâ eligente de-
stinatus, à genio Davidis ad maturandam ædificationem incitatur.
II. Qui oneris gravitatem detrectans à Sapientiâ architectonica confirmatur, ideoque ad
Hyram Tyri Regem pro lignis legationem mittit.
III. Rex Tyri ex voto & arbitrio Salomonis tum ligna, tum in super opifices addicit.

A 2

IV. Ipse

- IV. Ipse Salomon in Libanum pergit materiam operi paraturus, ubi ludicro Sylvestri, futuri templi auspicio, à Nymphis præluditur.
 V. Accepto ab Hiram responso, operas Salomon inter opifices partitur.
 VI. Subinde opes suas in structuram templi liberalissimè effundit, multum de suo adjicientibus populis.
 VII. Manus ultima operi imponitur cum publico plausu Regis ac populorum.

A L L V S I O.

- PARS I.** Genius Ferdinandi, cum morbo & morte colluctans à Genio XAVERII operam medicam accipit; eique inter alia animi grati signa ædem sacram vovet.
 II. Eandem magnifico opere, locato propriis manibus primo Lapide ad Paderam ædificat.
 III. Huic vicissim, honoris nunquam intermorituri templum exstruitur à genio Xaverii, Societatis, & Religionis.

A C T U S III.

Salomon Templum Hierosolymitanum, Hermannus
 Vernerus Metternichius, Basilicam Xaverianam
 DEO dedicat.

- SCENA I.** Edicto Salomonis congregantur ad templi dedicationem populus & primores.
 II. Simili edicto proseribitur Idololatria, Superstitio, & omnis Deorum Ethnicorum turba.
 III. Infertur in templum arca foederis, Sapientiã musicam & cantus regio adornante.
 IV. Supplici Salomoni apparet Deus, & promittit se vota orantium in templo isto exauditurum.
 V. Rex cum proceribus & populo anathemata novo templo appendit.
 VI. Imperantur victimæ, & communi gratulantium gaudio festivitas dedicationis absolvitur.

A L L V S I O.

- PARS I.** Genius Ferdinandi morte & superis evocantibus optat à successore Genio Werneri dedicationem fieri templi Xaveriani.
 II. Hic famæ ministerio populos convocans Basilicam Deo in honorem S. XAVERII dedicat, inductis ad ejusdem possessionem genio XAVERII, RELIGIONIS, & SOCIETATIS IESV.
 III. Ab his vicissim signa Gentilitia Celsissimi Principis Hermanni Werneri astris inferuntur.

E P I L O G U S

Gratias agit, tùm Celsissimis Meccœnatibus,
 tùm Spectatori.

THEODORUS






THEODORVS FVR-
 DES ET AP. SEDI. GR. EPISC. P. C.
 Natus anno 1546 electus
 Fundavit Collegium Societ. IESU
 Universitatem 1614. 20 Septemb.
 Sepultus Paderborne

-STENBERGIUS
 PADERBORNEN. S. R. I. PRINCEPS
 1585. Confirmatus 1586
 Paderborne 1609. 8 Septembris;
 Obiit anno 1618. 4 Decembris;
 in ead. Cathedrali.

Thi. Brouttat Junior sculp. 1607



THEODORUS EPISCOPUS SEU FUNDATIO COLLEGII ACADEMICI PADERBORNENSIS.



Nuncunabula Clarissimæ Gentis FURSTENBERGICÆ ab ultimis retrò sæculis accersere, & inquietare illustres urnas veterum Avorum, nec moderni instituti mei est, nec propositæ brevitatis. Eò magis, quò plures ingenioso calamo, successu felici, illud egregiè executi sunt; inter quos Celsissimus Princeps FERDINANDUS FURSTENBERGICUS, in notissimis orbi literato Monumentis Paderbornensibus, Familix suæ vetustam originem tam illustri scriptione in lucem publicam extulit, ut ab alieno calamo plus claritatis adsciscere, periinde videatur esse, ac soli radios infundere. Suffecerit unum adjecisse augustale encomium LEOPOLDI Cæsaris, quandoquidem ab Imperatoria sublimitate probatissima nobilitas originem suam, & incrementa, plerùmque derivat. Is itaque in diplomate, quo Gentem FURSTENBERGICAM Anno 1660. 26. Aprilis magnificè honestavit, fatetur: FURSTENBERGICOS de Numero S. R. I. Equitum in circulo Rhenano, sub territorio castri Fridburgensis, plurimùm retrò annù, veluti in signe eorundem membrum, fuisse recensitos, suamq; originem, à temporibus Divi quondam Imperatoris CAROLI MAGNI, longè prolapià in hoc usq; tempus protraxisse. Ab hac stirpe, patre FRIDERICO quatuor Electorum Colonienfium Consiliario, Matre ANNA WESTPHALEN primæ nobilitatis Matriona, propagatus est Illustrissimus furculus THEODORUS anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto. Lucem vitalem vidit, cum perverforum dogmatum feralis caligo Patriam, fidemque Germanam, involveret, & à DEO, ac morum integritate, deficientium plenos vortices hæretica eluvio passim abriperet. Ab hoc communi naufragio ut indoles DEO, & Religioni, nata vindicaretur, cavet sollicita Parentum educatio, quando ad Ubios amandatum Adolescentem eorum imperio subdiderunt, quorum non paucos castigata morum gravitas, & fidei non dubiæ fama illibata, ibidem commendabat; ut meritò Stanislaus Hosius magni nominis, & Eximix Eruditionis Cardinalis, in Epistola ad Senatam Colonienfem, Urbi isti in acceptis referendum censuerit, quidquid circà Rhenum integræ fidei, & Religionis incontaminatæ, eo tempore supererat, THEODORI profectum in studiis prodidit affectus in literas, ac literatos, ad invidiam proclivis; in ampliandis Musarum honoribus inexhausta liberalitas; in omni acutè eruditionis, seu sacro, seu profano genere, facilis, & locuples memoria, quæ in affectam usq; ætatem, cum stupore audientium, constanti obsequio, senem profecuta est. Animo ad statum Clericalem adjecto in Metropolitanæ Ecclesiæ Trevirensis, & Cathedralis Paderbornensis, Canonicum vix adscitus fuerat, quando prolata ad omnes virtutis ejus famâ, & emicante ubique indole excelsiorum capace magis, quàm avidâ, ad prima honorum subsellia certatim rapi cœpit. A Collegiata primùm Meschedensî, tum Anno 1577: 25. Julij. à Cathedralitia Paderbornensi in Præpositum electus est, ætatis Trigesimo primo, cum juvenes annos virilis gravitas, & judicium senile componeret. Enim verò vivacem animo, & humeris robustum Atlantem requirebat Respublica, in quo lapsantis patriæ ambiguum fortunam reclinaret. Abdicaverat eo tempore Episcopatum Paderbornensem SALENTINVS ELECTOR COLONIENSIS, ut, ductâ uxore, illustrissimam Familiam Comitis Isenburgiorum, ad suum solius caput redactam, in novam posteritatis spem refuscitaret. Successerat Administrator novus HENRICVS, è Saxonum Ducali domo LAVENBURGICA, Archiepiscopus Brementis, & Administrator etiam Osnabrugensis. Hic animum in nova dogmata propensum, ambidextrâ simulatione, aliquamdiu presserat, donec confirmato tot Provinciarum Imperio, conceptum animo virus, ruptis uno impetu repagulis, licentiùs, & nocentiùs grassaretur. Nihil jam ferè sanctum, nihil sacrum, quod non audacter proculcaret hæresis, tanto patrocinio fulta, omnemque exuta verecundiam, quâ sub prioribus Episcopis sæpè coacta fuerat erubescere. Non referam polluta sacrilegis manibus sacra, & Sacramenta, expilata sacraria, publica & incesta Clericorum connubia, Hæresin, deturbatis Doctõribus Catholicis, in omnibus Ecclesiarum exedris vocalem. Horret calamus apicem desigere in ulcere nondum plenè coalito, & invisam refricare memoriam infamis scopuli, in quem, irreparabili damno, tot animarum & fortunarum, illisa est Padera, nunquam præcipitio vicinior; cum per omnem Septentrionis viciniam ingenti strepitu impulsæ ruerent Episcopales Cathedræ. Placuit tunc Divina Providentia, & Capitulo Cathedrali, quod ferè solum Religionem veterem, ac Orthodoxam, sustinebat, auctoritate suâ contra impetus Administratoris fortiter obnixum, placuit, inquam, in partem operatum, & commune fidei tutamen, evocare Societatem JESU. Obierat Cathedralis Ecclesiæ Concionator versipellis hæreticus, toleratus tamen, seu metu, seu respectu, Administratoris, ne similis viperam in Cathedram veritatis irreperet, Canonici Cathedrales decernunt literas, communi nomine, mittendas ad Fuldensîs, & Heiligenstadiensis Societatis JESU Collegiorum Rectores. Quarum apographum exscribimus, ut grata posteritas zelum commendet nobilissimi Capituli, & tantò illustrioris, quò fortius se mutum pro Domo Dei opposuit.

Prævia officiorum delatione, Reverende, & Admodum Erudite, Domine.

Cum nobis incumbat veram nostram, & veterem Catholicam, Religionem omni conatu pro posse nostro vindicare, propagare, & conservare; In quem finem hisce dubijs temporibus, usus esset nobis in Doctrina Theologica viro bene versato, qui concionandi munere, in summa nostra Aede, præclarè fungeretur, & per hebdomadam aliquot horas lectionibus Theologicis impenderet; Refertur verò à viris fide dignis, huic obeundo officio admodum idoneos, facundos, multa eruditione polentes, in isto Collegio reperiri; Humanissimè ad Reverentiam Vestram, petendo recurrimus, ut ad tuendam & propagandam veram Catholicam Religionem, omni meliore modo nobis velis esse adjumento, & personam requisitâ eruditione politam, cui de honesta, & Ordini vestro conveniente, sustentatione prævidendum, sub festa Paschalia mittere non designetur.

In eam spem venimus, id nos impetravimus, cum sit Deo gratum, nobis ad communem animarum utilitatem necessarium, & à bono omnino desideratum. Cui beneficio nobis praestando ut respondeamus, omnem curam & cogitationem collocabimus. Exspectamus certum & gratum responsum. *Data Paderborna, Anno 1580. Die 19. Februarij.*

Decanus & Capitulum Ecclesiae Paderbornensis.

Illicò delatum est humanissimis literis, & iustis desideriis, Illustrissimi Capituli, ad nutantis veræ Religionis commune fulcimentum. Ideòque missus P. CHRISTIANUS HALYERUS Theologiz Doctor, inter celeberrimos provinciarum viros, virtute, & eruditione conspicuus, qui 26. Die Martij pridie Palmarum, dirigente Capitulo, in asceterio Abdinckhoffensi hospitio exceptus est. Fructum spirituales è concionibus illius, & Religiosa conversatione, cum libassent Domini Cathedrales, alteras dederunt ad P. Provinciale Provincie Rhenanæ avidas plurimum è Societate operariorum. Nec ex literæ tanto affectu plenæ expetito effectu caruerunt. Submissus 26. Julij ex Collegio Heiligenstadiensis P. STEPHANUS LOHN, ut in spargenda lemente sacra Patri Christiano operas, & industriam conjungeret, cum spe fructus uberioris. Non multò post aucto Sociorum numero, Superioriis impositus P. LEONARDUS RUBENUS, is, qui cum Livoniam postea & Transylvaniam fervens Missionarius excoluisset, studio quietis asceticæ in Ordinem S. Benedicti transgressus fuit Coloniarum, Anno 1596. 11. Julij ad S. Martinum professionem edidit, postea Paderbornæ apud Abdinghoffenses in Prælatum postulatus. Interea, Patribus in salutem animarum operose intentis, Domini Cathedrales Romæ apud eorum Generalem instare cœperunt, ut Societati perpetua sedes Paderbornæ stabiliretur, decretis vestigialibus, quæ honestæ sustentationi sufficerent; Quando à Provinciali suo improvisas literas Patres accipiunt, quibus meditata eorum advocatio nunciabatur, cum difficultates hæretici identidem alias ex aliis obmoverent, & res domesticæ indies magis ardeant. Res ea maximè perculit Reverendissimum Cathedralis Ecclesiae Decanum, ideòque gravissimè commotus respondit: se diem eum, quo abitum pararent, fatalem sibi & supremum precari; omni contentione obnixurum se intentioni illi, quam sine evidenti Diœcesis incommodo, & certa plurimarum animarum jactura, exequi non liceat, rem omnem publicam in discrimen conjici; Clerum non ultra ausurum ad celebranda Divina officia publicè congregari, eò quod Patres procacem hæreticorum petulantiam, ob vitæ, quam suspiciant, integritatem, hucusque compescuerint, & animos pervicaces, tum concionibus publicis, tum privatis allocutionibus, emollierint. Accedebat Reverendissimi Præpositi THEODORI FÜRSTENBERGII efficax auctoritas, qui attractis in causam & studium tuendæ Religionis Capituli Primatibus, gravi epistola Patrem Provinciale amicè obtestatus est, ut tantæ rei momenta, quæ conscientiam oneratura sint, apud animum suum librare velit, & dispicere periculum fidei, quæ per Diœcesin omnem in præcipiti titubans, facili impulsu, in perpetuam ruinam procubitura sit, nisi ferventium operariorum industriâ fulciatur: cogitet quo animarum Zelo pauci Capitulares Patres Societatis accesserint, indubia spe, fore, ut per eos frænata hæresi, & reductis errantibus, sua veræ catholicæ Religionis integritas sanciantur; Si res domesticæ modò angustiores sint, cum tempore sufficienter providendum: sperare se benevoluntiam, & primum in vota Capituli, responsum: nolit ansam præbere, ut errorum porrigo longius serpat. Epistola Scarma data erat 14. Octob. Anni 1582. sigillorum, & nominum, ordine infra scripto: THEODORVS FÜRSTENBERG Præpositus. HENRICVS de MESCHEDE Decanus. MELCHIOR à PLETTENBERG Camerarius. WILHELMVS SCHILDER Scholasticus. Benedicere dignetur Divina bonitas gloriosis cineribus tantorum Heroum, eosque in pace sanctorum colligere, qui de Religione, de Republica, de Societate JESU tam præclarè meriti, nutanti Patriæ succollarunt, & fundamenta jecerunt, quibus in pristinum vigorem erecta fides catholica posthac solidius firmaretur. Non poterant ea melius stabiliri, quàm in educatione Juventutis, quæ si à teneris sanam doctrinam imbibisset, adultioribus paulatim jugo fidei adaptatis, videbatur correpta morum barbarie avitam Religionem facile reductura. In id munus omnium bonorum votis unicè exoptabatur Societas; sed negotium intricatum, vivo Administratore, ægrè expediendum credebatur. Nodum difficile incidit Deus, repentinâ morte Administratoris, qui ex equo, fractâ cervice, prolapsus, bonos metu, Religionem Catholicam exitio imminente liberavit. Occasione divinitus in manum datâ utendum rati Canonici Cathedrales, professores è Societate Scholis, in quinque classes distributis, præficiunt, constituto singulis in vicium Minervali, & totius Gymnasii cura in eos reclinata. Frendebant hæretici, & Juventutem brevi difflaxuram minabantur, si Senatus consulto ab hospitibus Civium arcerentur Discipuli Societatis, pœnâ in transgressores decretâ. Sed res aliter cecidit; Cum enim Calendij Maij Anni 1585. ex ritu consueto Societatis, celebrato Missæ sacrificio, & invocata Spiritus sancti ope, Ludus literarius solemniter aperiretur, primo accessu auditorum centum & quadragesima numerati sunt, qui, anno hoc nondum evoluto, ad trecentos exereverunt; præclaro indicio metuendum non esse, ne de numero discipulorum, ut hæretici calumniabantur, dies detrahat, sed paulatim cogitandum, de prolatis scholarum angustiis, cum consuetæ exedræ non caperent multitudinem accedentium, qui sine Religionis discrimine, etiam è superiore Saxonia, Misnia, locisque adjacentibus conferti mittebantur à Suis, à Nostris admittebantur. Lætissimis initiis, eodem hoc anno, in eum plenum gaudij adjicere voluit Divina benignitas electionem novi Episcopi, & quidem Orthodoxi. Habita Comitia 5. Junij, Stylo veteri, quibus concordij Capitularium suffragio Ecclesie in Episcopum Patriæ in Principem lectus THEODORVS à FÜRSTENBERG majoris Ecclesie Præpositus, omnium calculo tali fastigio dignissimus. Dies erat Divo Bonifacio sacra, nobile ferens aururium de genio Principis magnifico & liberali, qui annos Regiminis beneficentia in subditos signaturus erat, verus Reipublicæ sacræ, & profanæ, Bonifacius. In solitâ romanorum lætitia exceptus est nuntius hujus electionis, secutaque aliquot Cardinalium aggratulationes, cum confirmatione Sixti V. P. M. omnibus animo præcipientibus gustum eorum fructuum, quos per THEODORVM collectura esset Ecclesia. Cum Regalium concessio à RVDOLPHO II. Casare accessisset, splendido nobilium comitatu, latus stipantibus Abbate Principe Corbejensi, cum Simone Lippiensium Comite, urbem invehens, juratam fidem mutuam, more majorum, dedit, & accepit, die apostolorum divisionis sacræ. Primæ Regiminis curæ in formando Ecclesie statu absumptæ. Eam ob causam abrogato veteri Juliano, novum Gregorianum Calendarium, fastis correctioribus, promulgatum; evocatus ad Paderam Suffraganeus Monasteriensis

Domini

Dominus Godefridus de Mirlo Episcopus **Harlemiensis**, qui Confirmationis Sacramentum administraret, quod ante quadragessimum annum in Urbe hac fieri desitum. Processio Eucharistica non abolita quidem, neglecta tamen, infrequens, & ab hæreticis irrita, illustri magnificentiâ & splendore hætenus non viso, allucentibus magno numero facibus, interstrepentibus tubis, & vocibus musicis, per studiosam Juventutem nobilitata est. Novitas spectaculi, & infueta celebritas, attonitam defixit multitudinem; multis lacrymas etiam invitas extorsit, qui de Mysteriis fidei nostræ abjectius senserant. Statum civilem non minus vulneratum ut erigeret, patriam ære alieno gravem relevare, diluere debita, oppignorata redimere cepit, non imperatis, quod potuisset, subditorum collectis, sed prodigè in bonum publicum effuso ærario proprio, cui, ut opulentiùs, sed innoxie, ditesceret, *nobilis Parsimonia*, luxum omnem superfluum exosa, *grande vestigal* fuerat, ut Ipse dicere solebat. In manibus habeo rationes ab ipsa clementissimi Principis Illustrissima manu in calculum accuratum redactas, ubi hæc, æterna cedro digna, beneficentia ad *octuaginta imperialium millia* excurrit. Non veniunt ad censum hunc ingentes expensæ, in Arces magnificas, vel resectas, vel à fundamentis erectas; in opera publica sublimibus fastigiis educta, in Aras & Mausolæa è marmore & alabastro, vastis machinis, exurgentia, nullo sumptu publico, sed privata munificentia, ad stuporem posteritatis. Nec exhausti unquam *Loculi, Deo, & Reipublica, vestigales*, quantavis liberalitate effunderentur, Certabant Superi munificentia Principis, & copiosiori incremento regurgitabant in fontem liberales rivi, ut ditius refluerent; cum in vana, ac superflua, non abirent, sed aurum omne, & argentum, tributarium fieret Ecclesiæ & Religioni, cuius utriusque pretium quia apud adultos, evilerat, à melius formanda Juventute repetenda vetus æstimatio videbatur. Monasterium in Urbe erat, in quo dominante Hæresi, & laxatâ Majorum disciplina, mores adeò dissoluti invaluerant, ut per anni Festa & Dominicas, impudentes saltatriculæ, filiz, famulæque Civium, intervenientibus Hominibus sacris, in cœtus mutuos coirent, ad fides, & tibias, tripudiaturi. Ordo à suorum correctione prohibitus, revocatis, quos lues illa virulento contagio non afflaverat, putre membrum refecare maluit, & unius Cœnobii jacturâ, famam nominis refarcire. **SALENTINUS** Episcopus locum à suis desertum Anno 1577. Scholis applicuit, sed harum Provisores anno 1582. **D. Elmerhusio, & Fratribus, Pranobilibus ab Haxthausen** venditum duobus Imperialium Millibus à Scholis ab alienarunt. **THEODORUS** Episcopus in favorem studiosæ Juventutis augustam liberalitatem animo parturiens, annitente Cathedrali Capitulo, duobus millibus & quadringentis Imperialium redemit. Illustre hoc mercimonium Illustrissima Principis manu, rationibus supra memoratis, memorabili calamo, sic inscriptum legitur: *Hanc Domum Dei ab Ordine deservam, & planè prophanas, auctoritate ordinariâ, confirmante summo Pontifice CLEMENTE VIII. Patribus Societatis IESU tradidit, spe recuperanda, restauranda, retinenda, adipiscenda, vel acquirenda verusissimâ à Christo, & suis Apostolis, ad nos devoluta Religionis Catholice, vel Romane & Orthodoxæ.* Non sufficiebant Monasterii septo amplitudine, quam Princeps animo complectebatur. Ideò geminas ædes vicinas sui juris fecit, alteras 1500. alteras 400. Imperialibus cœmptas, cum adfito **S. LIBORII Sacello**, cui hodie dum antiqua Majorum religio venerationem conciliat, tum ob reliquias, cum per **S. Meinolphum Archidiaconum Ecclesiæ Paderanae** è Galliis allatæ, & Adî Cathedrali inferendæ, ibidem primo, intra urbis pomeria, loco deponerentur; tum ob sancti hujus **Cenomanensium** quondam Episcopi, nunc **Paderbornensium Tutelaræ Patroni**, in arenarum, & calculi, doloribus opem medicam totâ Europâ thavmaturgam. Comparata arca quæ meditatum ædificium caperet, *Nonis Junij Stylo veteri*, die Electionis suæ anniversario, Illustrissimus Princeps, solenni pompâ, in Urbem præcedente Clero Cathedrali, stipantibus omnium Ordinum Proceribus, quatuor Abbatibus, & præcipuarum Patriæ Civitatum Consulibus, *Sacris in Sacello S. Bartholomæi*, Nobis tum domestico, magnificè peractis, ad futuri Collegii jacienda fundamenta processum. Lapidem primum, ut vocant, curru elegantissimo impositum, cum lamina cuprea, quæ sculptam totius ædificii seriem exhibebat, Pueri Nobiles speciosè personati ad effossam scrobem attraxerant, ut consuetis ceremoniis iustretur. Illustrissimus suâ largitione lætus, emicante ex vultu hilaritate, Lapidem arcæ plumbeæ, cui includebatur, exemptum moneta aurea, argenteaque, cum in finem eusa, & congruis inscriptionibus literata, inferfit, tum adjunctâ effigie suâ, lapidem in arca memorata reclusum, Manu Principali, felici auspicio, in fundamento novi operis deposuit, acclamantibus inter festiva acroamata Poëtis, accinentibus Musicis, freudentibus Hæreticis, Bonis omnibus Optimo, Liberalissimoque, Principi vitam, & felicitatem, apprecantibus. Margini cupreo Lapidem ambientî, concipiente Principe, sequens incisa est Epigraphe: **Q. F. F. F. Q. S. E. A. D. O. M. Q. G. C. Anno reparata salutis 1596. die 5. Junij (Stylo veteri) Indictione 9. gubernante Ecclesiam universalem SS. D. N. Clemente VIII. Theodorus à Fürstenberg Dei gratia Episcopus Paderbornensis, ad fidei Catholice incrementum, pro singulari sua liberalitate, hoc novum Collegium Patribus Societatis IESU ex fundamentis, isto novo Lapide collocato, edificare cepit.** Fervebat sub inde opus pertinaci labore, & magno molimine, promotum, quando convocatis ad Comitata Statibus Anno 1597. 17. Martij afflictum Hungariæ statum, & per proculcata nobilissimæ illius Provinciæ viscera, imminentem Romano Imperio Turcarum barbariem Princeps, gravi oratione, demonstravit, ut auctoritate Cæsaris æs subsidiarium necessitati publicæ servitutum persuaderet. Hic heterodoxa Nobilitas, & quarundam Civitatum Consules, in turbido piscandum rati, negarunt se quicquam contributuros, quo libertatem Evangelicam, & utriusque speciei cœnam, non mercarentur. Exhorruit ad infames nundinas magnanimus Princeps, heroicè contestatus; *Se vitam potius integritati Fidei Catholice immolaturum, quam ut effreni audacia concedat, & in impia postulata descendat, Ecclesia legibus vetita, ac Deo injuriosa.* Tumultuari illi, & impudenti agmine, ad Capitulum Cathedrali concurrere, ut à pluribus extorqueant, quod ab uno impetrari non potuerat. Cum & ibi in rupem incurrisissent pro Religione veteri infractam, atque ad Principem sacrorum arbitrum remissi, reverentiam in eum, obsequiumque docerentur, bilem omnem in Jesuitas expuunt, deprædationem, subhastationemque, bonorum, & cepti ædificii demolitionem atrociter comminati. Et revera suspensum hærebatur opus, nisi Princeps 22. Maji, sub diluculum, ex arce sua improvisus, accitum fabricæ lignariæ præfectum aureo, argenteoque, munusculo, & Manu suâ impacto in trabem primo clavo, animasset. Retractis in laborem intermissum operariis, absoluta denique est exterior Collegii fabrica, & turris visendo opere, magnifico prospectu, in fastigium educta, globo, seu colophone, imposito die 31. Julij S. **IGNATIO** sacrâ.

Huic inscriptionem à se conceptam includi voluit Princeps: *Vetera transferunt, ete nova facta sunt omnia. Anno 1602 Clemente VIII. Pontifice maximo, Rudolpho II. Imperatore, Reverendissimo & Illustrissimo Dominus D. THEODORVS à FVRSTENBERG Ecclesia Paderbornensis Episcopus, S. R. I. Princeps, huic aedificio ad honorem in primis DEI, Ecclesia utilitatem, Resp. emolumentum, ac Juventutis erudienda gratia à fundamentis erecto fastigium imposuit. Turris ea cum ædificaretur, multorum oculos perstrinxerat, & terruerat animos, verita Civitate hæretica, ne quæsitio Religionis prætextu, propugnaculum in ea exurgeret, ex editori Urbis loco toties rebelli, & in civiles discordias projectæ, Hæresis incubiturum. Et verò suggestus excitabatur non Marti sed Fidei, ex quo non tonaret ille, sed hæc peroraret, non tormentis ageretur in vulnera corporum, sed argumentis in remedia animarum; cum prospiceret sagacissimus Princeps, facile abitura in obsequium corpora, quorum animæ hæreticam contumaciam posuissent.*

Interea allatum erat Anno seculari 1600. Kalendū Martij Breve Apostolicum Clementis VIII. quo dimidiam partem Monasterij Valkenbagenensis, cum nonnullis aliis beneficiis, in partem foundationis futuri Collegij, unione perpetuâ, attribuebat. Situm est Monasterium illud in Comitatu olim, nunc Satrapia, Schyvalenbergensi, quæ jurisdictione, ut ajunt, cumulativâ diversum Principi Paderbornensis, & Comiti Lippiensi, imperium respicit. Nomen & initia trahit à Volquino nobili quondam, & opulento, Schyvalenbergensium Comite, cum antè inhæretet monti, quem nunc sylva Schwalenbergensis occupat, inter oppida Schyvalenberg & Rischenavv, quod ultimum in pagum decrevit, dicereturque *Conventus S. Joannis Baptista in Burighagen seu Borghagen.*

In locum, ubi nunc est, translatum videtur Anno circiter 1248 cum ab eo tempore instrumenta publica Monasterium Religiosarum Puellarum, & Sanctimonialium, Ordinis Cisterciensis in Valkenbagen; vel Monasterium S. Mariæ Virginis de Valle Liliorum, nominent; cujus Virginis gloriolam, & radiis cinctam, effigiem, cum adjecto scuto stelle sex radiorum, insigne Cœnobii complectitur. Monasterium magnis Schyvalenbergiorum, & Eversteini-orum, Pyrmontanorum & Hombergiorum Comitum & Dominorum donis, ac privilegiis, excultum, & illustrium Puellarum religioso contubernio nobile, floruit ad Annum 1408. quando vicini Comites armis inter se collisi, & vastatrices flammæ latè circumferentes, eodem incendio Monasterium cum aditis sedecim pagis involverunt, Sanctimonialibus, ut pudori & religioni consulere, ad loca tutiora, in ditione Corbejensi, dilapsis, liberâque, Suâ, Suorumque, resignatione Monasterium ultrò deferentibus. Exinde deserto loco omnia in fruticeta, ac sylvas, excreverunt. Donec Theodorico Archiepiscopo Colonienfi Episcopo hunc administrante *Wilhelmisa ex Wisgenhausen Diœcesis Moguntina* evocati, colere locum cœperunt. Sed & illi post 20. annos ad opulentiorum Rhenum regressi sunt, averfati sterilem hujus loci glebam, quæ in falsuginem versa culturam maligno proventu remunerabatur. His successit Ordo S. Crucis, sub Regula S. Augustini Anno 1432. qui per integrum sæculum Monasterium istud contra nascentem Hæresin, & insidiantium Vicinorum potentiam fortiter, & religiosè, tuitus est, ulque dum perversis dogmatibus totâ circum correptâ viciniâ in exorbitantem licentiam omnia proturbarentur, Viris etiam sacris, cum hæresi, agnatam ei lasciviam imbibentibus, ita ut in haras aræ, & sacraria verterentur in prostibula. Anno itaq; 1596. 14. Octobri, Stylo veteri, THEODORVS Episcopus veritus, ne patrimonium sacrum in alienas manus totum devolveretur, cum Simone Comite Lippiensi, transactione inîta, aliquam bonorum divisionem orsus est, exclusis Apostatis, quorum Sacerdotes quinque, Laici tres supererant, ob carnis, aliâque, vincula ad suos non redituri. Pars dimidia Episcopi, *Auctoritate Apostolicâ*, abiit in partem foundationis Collegij Paderbornensis, altera medietas in divisione hæreditaria quatuor Filiorum Simonis Comitis, inter cætera, Hermanno Comiti cecit, ab eoque Anno 1620. 30. Martij in prædictum Collegium legitimis tabulis transcripta est. Factam donationem, paucis annis post, ratam esse jussit coram D. Hermanno Meyer Prælo Maris Monasteriensi, cum Sacramentis omnibus ritu Catholico expiatus è vita abiret in Arce sua Schwalenbergensi. Secutâ postmodû fuit Anno 1628. 11. Augusti cum Ordine Crucigerorum conventio mutua, coram Illustrissimo Caraffa Nuntio Apostolico ad Rhenum, ut omnis litium seges excinderetur; transcriptâq; sunt in Collegium omnia Monasterii jura. Imperato igitur, ut suprâdictum, consensu Apostolico circa incorporationem dimidiæ partis Valkenbagenensis THEODORUS Episcopus in foundationem Collegij toto pectore incumbens, evocato Reverendissimo Domino Petro Arrestorffio Episcopo Aronensi, Suffraganeo Monasteriensi, cum in die natali Mariæ Virginis Templum S. Joannis Evangelistæ, quo hæctenus usum est Collegium, reconciliari per eum curâset, Principe Clero, & primaria Nobilitate, tum Patribus cum Provinciali suo circumfusis, suam de perficienda Collegij foundatione mentem aperuit, præter alia Religione in fidem Catholicam, & affectu in Societatem plena, hæc adjiciens ex literis foundationis:

Cum è Constitutionum suarum præscriptis legibus Religiosi Societatis gratuitò obire officia omnia debeant, ut suppetat illi, unde vitam honestè tolerare, & honestum numerum operariorum sustentare semper possint, qui sese sevio, morboq; fractis, aut vitâ exeuntibus succedere quant, præter eos redditus, quos hucusq; à Venerabili Capitulo nostro perceperunt, & Bibliothecam nostram SS. PP. operibus, aliisq; insignibus libris satù instructam, quam gratiose Iu donavimus, Valkenbagenensis Cœnobij proventuum partem mediam, à Comite Lippiensi per Nos recuperatam. dicto Collegio in Civitate Nostra Paderbornensi, atq; Sacellum S. Bartholomæi, juxtâ Ecclesiam nostram Cathedralè suam; Similiter Capellaniam subinvocatione SS. Fabiani & Sebastiani, ac SS. Petri & Andrea &c. apprehante & confirmante sede Apostolicâ, Bulla super hac re data Anno 1600. 5. Kal. Martij, in perpetuum attribuimus; ut dictum Collegium illa perpetuò retinere, eorum fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta quæcunq; percipere, exigere, levare, ac in suos usus, & utilitates, convertere possit. Ad extremum, quoniam caperemus liberali sustentatione benè provisum Collegio, ut perfectior, & plurium quam hæctenus personarum, sit fundatio, donamus insuper de nostro decem millium Dalerorum Imperialium summam capitalem, ad stabilem perpetuûq; redditum comparandum &c.

Constitutis ex animi sententia Collegij rebus, in futura tempora firmitati ejus prospiciens THEODORUS, metuebat ne suo beneficio onerasse magis, quàm exornasse, Societatem diceretur; quod fieri proum erat, si excrecente per Rheni Provinciam Collegiorum numero, homines multiplicarentur, & labores, nullâ recentium, & idoneorum operariorum successione. Noverat industriam seduli agricolæ, qui novellas plantas educat quas effectis substituat, quæ, annum fructum aliis pariendo, se ipsas consumpserunt. Itaque de religioſa

Religiosa posteritate sollicitus, Tyronum Societatis Seminarium in Collegio sua Paderano instituit, ut esset in eorum locum preparata soboles, qui morbo ætateq; fracti, aut abrepti morte, è statione sacra avellebantur potius quam abibant. Dotem eorum 20. Millia Imperialium constituit, & numerum Tyronum Vicenatio quinto definitum vit. Quam quidem dotem, ait ipse Princeps, licet ex Nostro peculio, Nostraq; frugali vivendi ratione, collectam solè voluntati Nostra testificatione ratam, firmamq; fore non dubitemus; Nos tamen omnium dubitationis, ac Disputatio- nis, occasionem, superabundante cautela, præcavere cupientes; gratiosum Sedu Apostolica beneplacitum desuper imperavi- mus, cuius expressum tenorem, si videre necesse sit, in promptu habemus, &c. Hanc fundationem THEODORUS Princeps, Festo S. IGNATII, Anno 1612. faciente ad Aram R. P. Provinciale Henrico Schereno, suis manibus super Altare obtulit, exemplum Principis suæ liberalitate prosequentibus tribus Abbatibus, aliisque è Nobilitate viritis primariis. Cum autem identidem, & fervidè urgeret sacri hujus Tyrocinii initia, videre cupiens Juve- nitris (ut ajebat) qui suis orationibus, Se, Suosq; Deo redderent gratiosos, evocati Treviris sub finem Octo- bris Anno 1614. ad Paderam adfuerunt 28. Tyrones cum instructore suo. Quorum adventus tanto Optimum Prin- cipem gaudio perfudit, ut tenere se non potuerit, quin pauculos post dies Ipse ad eos salutatum excurreret, cum singulari gustu internæ suavitatis, quæ ex felici consiliorum successu, animum demulcebat; Nesciebat e- nim futurorum infelix, non nisi sexennio religiosum hunc cœtum ad Paderam suam substitutum, eò quod motus Bohemici, & ab illa origine alia ex aliis subnascens bella, cum consensu Fundatricis Familis Fürstenbergica, Anno 1620. Treviros eum regredi compulerint.

Inde in splendorem Gymnasii conversa sunt Principis Studia. Inde eorum videbatur, & infra conditionem Musarum, Artes Liberales tractari illiberalius, & augustam Sapientiam angustius hospitari. Lyceum magni- ficum Musarum honestate, & amplitudine, dignum erigere placuit, & Festo S. IGNATII tot jam antè Principa- libus beneficiis facto, hoc est 31. Julij, Anno 1612. in latere occidentali plateis contiguo, primum Lapidem Manu Episcopali in fundamenta deponere, adstante Illustrissimo Risbergensium Comite, aliisq; & quidem pompâ am- pliori, quam ea fuerit, cuius in fundati Collegii structura meminimus. Opere ad fastigium educto, & Mu- lis per Classes in sua habitacula distributis, in suprema Edificii fronte aureis literis symbolum fixit Fundator: DEO & PATRIÆ, in medio verdè prospectu posita est statua Fundatoris in habitu Episcopali Mitram capite, Pedum manu sustinens, quam ipse exsculpi sibi curarat, cum sequenti Epigraphe: THEODORVS à FVRSTEN- BERG Dei, ac Sedu Apostolica, Gratiæ Ecclesie Paderbornensis Antistes, ac S. R. I. Princeps, affectu, Zeloq; boni publici, quæ Religione, quæ Sapientiâ, procurandi, propugnandiq; Religioni quidem Templum; Sapientiæ verdè Gymnasium Academicum; Collegium porò Patribus Societatis I E S V, fidu utriusq; Theauri Dispensatoribus æternum consecravit Anno Epls Copat V s VI PaDerbornensis trigesimo. Cui vivo, mortuoq; bene, quisquis ista perleges, appreciare.

Hæc omnia tam magnificè simul, & munificè, acta non sufficiebant Glorioso Principi, acerbis stimulis, ad perfectissima quæque eniti solito. Stabat Gymnasium mole sua plurimum Musarum capax; deerat in West- phalia Universitas, quæ ab Humanioribus Studiis egressam, & ad loca hæretica dilabi solitam juventutem, sinu Orthodoxo exciperet. Agricola symbolo frequenter uti solebat THEODORUS, qui sementem spargen- do perdit, ut fervet. Agnoscebat sub manu sibi succrescere Vegetalia, & plura nasci, quò plura sevisset. Ergo ut esse in Westphalia faceret, quod hætenus non fuerat, Die 10. Sept. Anni 1614. pro Philosophicis, & Theologicis, Scholis instituendis scriptam aliquot millium Cautionem, sub Sacrificio Missæ, suis Ipse manibus ad Aram obtulit, reliquum, quod ad plenam summam 15 millium Imperi: deerat, per suos in parata moneta exhibendo, unde tamen decerpendi postea fuerunt 1000. Imper. & ampliùs pro impetrandis Juribus Acade- miz; 400. verdè pro perfectione Scholarum. Quis Spiritus heroicum animum ad hæc nova consilia impu- lerit? libeat ex iplo Donatoris calamo cognoscere:

Et simplicius ante annos sedè triginta in partem Laborum Nostrorum Patres Societatis I E S V, quibus, ut fideles Nobis Cooperatores essent, Collegium in Civitate nostra Episcopali fundavimus, tantâ dote, ut Concionatores, Confessarij, ac Hu- maniorum litterarum Magistrj, cum necessarijs Administris, religioso modo sustentari possent. Et sanè magno subdito uni bono, magnâq; consolatione Nostra, experti sumus eorum conatus, atq; industriam. Quam quidem fundationem Munifi- centissimo DEO ita Cordi fuisse arbitramur, ut ex thesauro Sapientiæ suæ ampliora consilia suggerere, & majores quoq; cum vita longiore, vires donare dignatus fuerit, &c. Sape, & sollicitè, circumspiciebamus, ut cognoscere liceret, quid tan- dem deesset eorum, quæ ex Pastoralis obligationis munere subsidijs Nostri prestare possemus. Videbamus meliora ingenia, ab- solutis Humaniorum Litterarum Studijs, ad vicinas Hæreticorum Academijs, cum æterna salutis dispendio, ab ipsi, aut, si ad Catholicas remotiores abire mallent, sumptuum inopiâ, in medio studiorum cursu, non absq; Catholica Reip. detrimento succumbere. Videbamus etiam multa ingenia, animarum cura, sacrissq; Religiosorum Institutu, apta, planè ab omni litte- rarum exercitio impediri, unde Episcopatus nostri Parochia, Monasteria, & Collegia, aptis operarijs, adversus Hæreticos fla- gitia, & impietatem omnem, destituebantur, non absq; iusto dolore Cordis nostri. Quibus malis mederi cupientes, Divinâ gratiâ opitulante, illud consilium arripimus, ut in Episcopali Civitate nostra Paderborna, Academijs duarum Facultatum, nimirum Philosophiæ & Theologiæ, prioribus fundationibus adicere vellemus, &c.

Dignitatem Academicam evhentia. Romanum Pauli V. datum 2. Aprilis, 1615. Gymnasium illud, in Univer- sitate Studij Generalis erigit, & instituit, in qua Religiosæ Societatis Theologiam, nec non Philosophiam, tam Scholasti- cam quam Positivam, Naturalem ac Moralem, linguas Latinam, Græcam, & Hebræam, alijsq; ingenuas Artes, publicè doceant, ad instar aliarum Universitatum, Studiorum Generalium, tam in Transalpinis Provincijs, & Regnijs, quam alijs ubivis locorum: Ipsam Universitatem, & Studium Generale, sic erigunt, & institutum, cura, regimini, & admi- nistrationi Societatis, & Praepositi Generalis, seu ab eo deputandi, qui totius Universitatis Rector existat, Apostolicæ auctori- tate supponit, & submittit. Eidem Universitati, & illius Rectori, Magistris, Scholasticis, alijsq; omnibus, & quibuscunq; privilegijs, indulgijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratijs, prærogativis, honoribus, ac præminentijs, hujusmodi Universitatibus, illorumq; pro tempore, Rectoribus, Doctoribus, Praeceptoribus, Scholasticis, Procuratoribus, Bidellis, Nuncijs, Officialibus, Ministris, & alijs personis tam in genere, quam in specie, tam prædicta, quam Imperiali, Regiâ, aut Ducali auctoritatibus, & alijs, pro tempore quomodolibet concessis, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, ac aequè principaliter,

principaliter, & in omnibus uti, frui, gaudere indulget: Ad gradus Baccalaureatus, Licentiatum, Lauream, Doctoratus, nec non Magisterij, promotum concedit in omnibus alijs Vniuersitatibus Studiorum Generalium posse publicè, & privatim, docere, disputare, gradibus huiusmodi convenientes actus exercere, ac omnibus privilegijs, & prerogatiuis gaudere, quibus alijs in dictis Vniuersitatibus, seu alijs, gaudent, ac si gradus in huiusmodi Vniuersitatibus suscepissent: Nec non Domum, bona, & iura à THEODORO Episcopo Collegio & Vniuersitati per praesentes erec[t]a concessa, donata, ac etiam concedenda & donanda, auctoritate Apostolica, perpetuè applicat, & appropriat.

Alterum Diploma imperiale Matthia Augusti Casaris, in Regia Pragensi, eodem Anno 1615, 14. Mensis Decembris datum: Collegium Paderbornense à THEODORO Episcopo, & Principe, fundatum, omni meliore via, & modo, instituit, & in Gymnasium ac Studium Vniuersale, erigit, fundat, & confirmat; illudq[ue] cum personis ibidem profectis, ac studentibus, privilegijs omnibus, immunitatibus, honoribus, & gratijs, quibus alia Gymnasia utuntur, fruuntur, & gaudent, donat, insignit, & exornat. Vult, & auctoritate Casarea decernit, quod Baccalauri, aut Magistri, aut Licentiat, aut Doctores in eadem Vniuersitate promoti, aut promovendi, debeant, & possint, in omnibus Locis & Terris S. R. Imperij, & ubiq[ue] Terrarum, & Locorum, libere omnes actus Professorum legendi, docendi, interpretandi, & glossandi, facere, & exercere, quos ceteri, in alijs Studiis Privilegiati promoti, exercent, & exercere possunt, & debent, de Consuetudine vel Jure &c. Præterea dat, & decernit: quod Scholastici, & ibidem dignitatem, & gradum aliquem, assumentes gaudeant, & possint, utiq[ue] frui, gaudere, & potius possint, & debeant omnibus, & quibuscunq[ue], gratijs, honoribus, dignitatibus, præminentijs, prerogatiuis, concessionibus, privilegijs, favoribus, indultis, ac alijs quibuslibet, quibus Vniuersitas Heidelbergen[sis], Tübingen[sis], Eriburgen[sis], Ingolstadtien[sis], ac alia Studia privilegiata, ac Doctores, Licentiat, Magistri, Baccalauri & Scholastici ibidem promoti, aut aliqua Dignitate seu Gradu insigniti gaudent, utantur, fruuntur, quomodolibet de Consuetudine vel Jure Non obstantibus quibuscunq[ue] privilegijs &c. quibus omnibus, & singulis, ex certa scientia, animo deliberato, & motu proprio, derogat, & derogatum vult, neque ulli hominum licere, hanc Confirmationem, erec[t]ionem, Indultum, Concessionem, & privilegijs gratiam infringere, ausu temerario contraire, vel quovis modo violare; si quis autem id attentare presumpserit, gravissimam Casaris, & Imperij Sacri, indignationem, & panam centum Marcarum auri puri incurere statuit, partim Fisco Imperiali, partim Theodoro Episcopo, & Successoribus ejus, assignandam.

Cimmeliis adeo illustribus, & pretiosis exornatam, & dote 15. millium Imper: elocatum Filiam Suam Vniuersitatem Paderanam Illustrissimus THEODORUS in Theatrum, & lucem publicam, producere statuit, ut toti Westphaliæ, & circumstitis Provinciis, ejus decor innotesceret. Proinde indicto omnium Patris Ordinum Conventu, invitatis etiam Vicinis Principibus, Comitibus, & Dynastis Die 13. Septembr. 1616 eum insigni apparatu, magno incolarum, accolarumque, concursu prætulisset in scena Salomon Sapiens, subducto profectione, perstreperantibus tubis, tympanis & sistrulis, honorificentissimè proclamata est UNIVERSITAS THEODORIANA, illo Primatum applausu, populiq[ue] aggratulatione, ut exultante præ lætitia Fundatore, omnium animi ad immortales summo Deo, optimoque Principi gratias agendas, mirum in modum, concitarentur; diceret verò Illustrissimus: *Nunc solum diem sincero, & solido gaudio se affecisse, jamq[ue] factu diu vixisse, quod Laborum, & Consiliorum, suorum, optatissimam Coronidem aspexisset; atq[ue] ideò hilari animo proferre, se Senem cum Senè Simeone: Nunc dimittis seruum tuum Domine in Pace.* Ita exundabat amor Theodori in Juventutem, ut in lucro reponeret tantos census effudisse, dummodò per Liberorum Catholicam educationem sensim lucraretur Parentes, & in normam antiquæ Religionis mores Subditorum refringeret. In eos adeo proclivi ferebatur affectu, ut nullo accedentium discrimine, aures cuius apertas concederet, cum humanissima affabilitate. Non aberat tamen, cum opus esset, lenis severitas, ne nimia facilitate solveretur subditorum obedientia. Ad extrema iustitiæ non ascendit, nisi cum in apicem rebellionis sese erexisset audacia; quod in Celebris illo LIBERTO, contra Optimates per tumultum plebis intrulo Consule, patuit, ejus inuerecundam proterviam usq[ue] ad Ludibrium Eminentie Principalis, aliquamdiu visus est sustinuisse. Ut Subditos sibi magis devinceret, 33. quibus præfuit, annis, nullo eos exactio[n]um onere gravavit, si unam exceperis, exiguam, qua patrimonium Mensæ Episcopalis ære alieno grave sublevavit, idq[ue] non sine remorsu, & pœnitentia, annorum posteriorum. In se parcus, in alios, maxime pauperes, & causas pias prodigus, de suo genio decerpere malebat, quam aliorum patrimonio, animo versare solitus, & manu sua libris pluribus inscribere Orationem Ecclesiæ: *Te Reclere, Te Duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna.* Hæc sententia facem ei prætulit, ad inveniendaviz cælestis compendia; docuit enim per aureos, argenteosq[ue], gradus honorum temporalium, facilem, & expeditum ad bona cælestia ascensum. Ut solidiores essent hi gradus, nec justo breviores, foundationibus memoratis aliam adjecit Christo Eucharistico honorando, cujus occultam sub sacris speciebus Majestatem à carnalibus Hæreticis, omnipotentiam Dei in arbitria sensuum revocantibus, frivole illud dolebat, & indignabatur. Decretis igitur Cathedrali Capitulo 23. *Imperialium millibus.* Ejus devotionem erga sacrosanctum hoc Mysterium accendit, ut Capitulo in exemplum cæteris præeunte, Theophoria Corporis Christi augustiori pompâ inclaresceret Totidem millia addidit ad Festum Purificationis B. M. Virginis, juxta consuetas Ecclesiæ cæremonias, illustriori luminum, & hominum, concursu celebrandum. In hanc Virginem, post Deum, tantò fervidior THEODORI affectus ferebatur, quò magis ille in animis subditorum refrixerat. In illius pervigilijs solennem sibi, & toti aulæ abstinentiam indixerat, ejus Sacellum Romanum in agro suburbano situm, & miraculis celebre, è parietinis ligneis in solidam è lapide fabricam eduxit incisio reparati Edificij Carmine Chronosticho.

En a Vtore Labans Theodoro Roma refLoret.

Supplicationes sacras eò deductas non solum ipse frequentabat, sed sæpe Aulam omnem, & Clerum, post vestigia pedum suorum attraxit. Statuam Romanam, à pluribus sæculis prodigiosam, quæ Sacello nomen, & famam miraculorum conciliaverat, è latibulis, in quæ eam Hæresis compegerat, extractam comparato novo habitu Pontificali denuò lustravit, & benedixit, videre meritis, in actu hoc sacro, imaginem Virginis affectui Clientis suaviter arridentem, quod aliis inobservatum, Familiarium intimis, inter liquida animi gaudia, aperire solebat, nec ab ea opinione se dimoveri passus est, magno veritatis argumento, cum nota omnibus Viri gravitas

gravitas à phantasticis impressionibus penitus abhorreret. Notandum hic, quod de novo habitu Pontificali dicitur, ad refellendos eorum scrupulos, qui de Episcopali ordine *Theodori* temerè visi sunt ambigere. Quid enim ille habitus sine Ordine Episcopali? an fortè Ecclesie rituum ignarus erat *Theodorus*? accedit, quòd ipse vivus statuum sibi in habitu Episcopali cum Mitra, & Pado, excidi curaverit, in atrio Scholarum, ut supra diximus, erectam. Aut posteritati illudere voluit Princeps fucum omnem exosus? Dubium omnino eximat è Societate Sacerdos *P. Fridericus Rörich* THEODORO Principi, dum vixit, maximè familiaris, quo arcanorum Conscientie Arbitro, & Sacramentorum, etiam extremorum, Administro usus est: qui lecto fatali perditus, & pernox, adstitit, & defuncti oculos in somnum mortis composuit. Hic in Concione funerali, Anno 1618. 12. Decembr. habita in Æde Cathedrali Paderbornensi, & typis excusa: à SIXTO V. Confirmatum, à RYDOLPHO II. Regalibus Principum insignitum, & postea te ipsa, amplissimè Cæremoniâ in Episcopum Ordinatam, Benedicendum & Consecratum refert.

Nec habitu magis, & ordine, quàm animo, & virtutibus, Episcopum induit THEODORUS. Semina hæretica, per Dioccesin omnem sparsa, sensim evulsit, & qui raros Orthodoxos invenerat sub initiâ Episcopatus, plura millia moriens reliquit. Parochos, & Ludimagistros, de fide suspectos loco movit, melioribus substitutis; Rituale, seu Agendam, ut vocant, novam vulgari typis jussit, futuram cultûs Divini Regulam: Abolitas Apostolorum Traditiones, de Jejunio, & Matrimonio, de Festis & Processionibus, in vigorem restituit. Omnia ad normam Tridentinæ Synodi exegit, Dioccesin frequenter obibat ipse, parochias, & utriusque sexus Monasteria, inspiciens, Comite plerumque è Societate viro docto, & rerum Ecclesiasticarum experto. Infamem Cleri pellicatum severis legibus coërebat, prompta in contumaces executione. In quo genere memorandum, quòd Anno 1612. procacem lenam, Edicti Sui negligentem, è lustrò Clericalis Domûs extrahi, & Carnifici in manus tradi imperaverit, qui, Famulo Suo æneam pelvim ad numeros pulsare, & prægredi jussit, propudiosam pellicem, sero stramineo redimitam, ultricibus virgis in ridiculum spectatori, sed mulieri flebilem, saltum stimulavit, atque per celebrem Occidentis plateam ex Urbe ejecit, monuitque, ne in castigatam Venerem resilliret, ni velit ad graviorem idem recidiva subsilire. Denique tantarum Virtutum splendore conspicuus, cum in publico Romano Imperii Theatro personam Episcopi, & Principis, per 33 annos cum plausu sustinuisset, & à Capitulo Cathedrali unanimi Senatûs Consulto PATER PATRIÆ esset appellatus, gravi morbo afflictari cœpit, & extremæ lineæ admoveri. Ille supputatis Conscientie rationibus, & abdicata à se rerum temporalium curâ, Sacro viatico in iter æternitatis muniri petiit, ore frequenter exprimens, & animo volvens. Sequentiam, quam vocant, Defunctorum: *Dies ira dies illa, &c.* quam per itinera, & cum Soli Sibi vacaret, familiarem fecerat; tùm etiam amatum sibi à Juventute symbolum, librisque à se passim inscriptum: *Fili Dei miserere mei, Feslo Divi Andrea sacro oleo inunctus, quatruiduo post, sub Sacrificio Missæ coram selecto, cum Sacerdos animam egredientem Deo commendans, ad ea verba devenisset; In Regnum tuum Domine servum tuum suscipe; Suscipiat eum S. Michael Archangelus, &c.* placidè exspiravit 4. Decembr. Anno 1618. quo feralis Cometes funera Principum nunciare solitus tricennali Germaniæ excidio præluxit. Vivit tamen adhuc, & vivet in memoria posterorum, in arcibus splendidis Neuhufana & Wevelsburgensi, ad decorem Patriæ, ære proprio erectis; ut meritò funebri, & sumptuoso Mausoleo, quod, non tam Sui memoriz consecrandæ, quàm Templo Cathedrali exornando, ex nigro, & candido, marmore vivus sibi struxerat, inscripserit.

*Principis hic tumulus Theodori est: Carmina quaris
Grandibus, in tumuli marmore, scripta notis?
Aspice templa, aras, arces, Collegia, Libros,
Aspice vel tumuli, quem modo cernis, opus,
Nil refert istis aliud superaddere Carmen;
Cum Lapidés clament, Carmina jure tacent.*

*Approbante eventu prognosticon ipsius Symbolum
Judicium melius posteritatis erit.*

AD LÆVAM TUMULI.

*Mors certa est: incerta dies: neq; certa tuorum
Cura: tibi tumulum, si sapis, ipse loca.*

AD DEXTERAM.

*Mortuus ut vivas, vivus moriaris oportet.
Ergo disce prius, quàm moriari, mori.*

FORTUNA RETROGRADA COLLEGII PADERBORNENSIS.

TAm secundo rerum cursu provehebantur initia Collegii Paderbornensis, ut alere cœperit *Personas e Societate plus quam octaginta*, nullo rerum necessarium defectu; cum subito turbo, ferali impetu, fortunam omnem retroegit. *Christianus Dux Brunsvicensis, & Administrator Halberstadiensis*, Adolescens ferocium Spirituum, quos tyrocinium militare, inter Batavos, & Danos, positum magis efferaverat, *Comitum Palatini affinis sui* proscripti, & Principatibus exuti, res afflictas studebat erigere, collectâ militum modicâ manu, quam in Franconia, conjunctis cum *Mansfeldio* copiis adaugeret. Primam hanc belli aleam infeliciter projecit, ab *Anholtio Comite* cæsus, fugatusq; nisi fata Diœcesis huic iniquiora obstitissent. Cum enim per *Hassiam* in has vicinasq; Regiones rejiceretur, & *Susatum, ac Lipsadium* malè custoditas Urbes reperiret, præsidio Regis Catholici, quod pro *Duce Neuburgico* impositum fuerat, in Palatinatum abstracto; utrumq; sui juris fecit, cura incredibili eorum concursu, quos ex omni hominum colluvie, non bellandi amor, sed quilibet ad dendi impunitas collegerat. *Paderbornam*, prodicione quorundam Civium Lutheranorum, quorum præcipui à legitimo Principe *Ferdinando Bavaro* postea vel capite, vel fortunis, multati, ingressus, *Prædie Kalendas Februarij*, in Collegio sedem sibi delegit, formâ ejus, & amplitudine, illectus. Remanserunt in eo *Sacerdotes sex, cum Fratre Laico*, quos omnes in unum cubiculum compactos, tam arctâ custodiâ, inclusit, ut aliquamdiu nec ad requisita naturæ pateret egressus: tum imperato *primum 20. postea decem millium Imperialium Lyro*, cum grandis summa tardius apportaretur, inter infinita insultantium Harpyiarum opprobria, & quotidianos mortis, non semel denunciata, terrores, manicis, pedicisq; vincti sunt, & lugubri agmine, post exercitum raptati, ut fortunam, seu libidinem, Halberstadiensis sequerentur, pro ut eum notæ fluctuantis animi intemperie circumegissent; donec *caeso ad Büchsam Halberstadiensis*, ab Imperatorii exercitus *Duce Tilio* liberati, & post ostiduanam recessionem, cum insigni humanitate impensam, ad suos remissi sunt, non tenente lacrymas, cum iis valediceret, *Tilio*, Viro, pio juxta ac militari, quas memoria vexationum, à Patribus toleratarum, exciverat. Interea Halberstadiensis, quicquid in factis, ac profanis thesauris, auri, argentiq; ac pretiosæ supellectilis erat, Urbe totâ diriperat. Tumbam argenteam prægrandem, & ponderosam, multis auri, gemmarum, ac uniorum, ornamentis illustrem, in qua *S. LIBORII* sacra ossa multis sæculis servabantur, *Lipsadium* avexerat, confatis ex ea Daleris: in quibus una facies brachium gladio armatum è nube porrigebat, altera insolenti symbolo signabatur: *Dei amicus, hostis Clericorum*. Non diu tulit thraconicos cavillos ultor sacrorum Deus; nam, altero post anno, iterata clade, ad *Floreacum* obtritus, brachium dextrum amisit, cujus armatae ferociæ insolens numisma applauserat. Certè, cum tumba ex *Æde Cathedrali* in Collegium, jussu Principis, deferretur, nulla electione bajulorum, sed consilio fortuito, in cubiculum illata est, quod nomen *S. LIBORII* in ostio præferbat; ubi adstante, nudo capite, Halberstadiensis, Patribus nostris sacra ossa venerantibus, inter nonam, & decimam, matutinam, in australi Cæli plaga, quâ fenestrix cubiculi prospiciunt, *tres Soles* Principi, cæterisq; omnibus, manifesti apparuerunt: an, quia non sufficiebat solem unum tanti sacrilegii inspectorem & testem esse? Deus novit, & aliquando toti mundo aperiet. Ferunt Halberstadiensem ob amissum brachium, & prælia semper sinistra, optasse, ut *sevem* illum, *S. LIBORII* indicabat, in sua quiete ad *Paderam* reliquisset. Non persuaserant sibi Lutherani Cives, quorum favore subnixus Halberstadiensis Paderbornam irrepserat, se eodem rapinarum turbine involvendos. Citati erant in curiam Catholici, & quidem palliati, ut scenam inspicerent, quam *Comædus Dux ipse*, è fenestris conspicuus, erat instructurus. Nemo ambigebat, quin in ludibrium Religionis exitura esset fabula, cum interea Cives Catholici, pomposo agmine armati, & in suas Turmas distincti, vexillis explicitis, & sonantibus tympanis, forum omne occuparent. Sed omnium falsa fuit expectatio. Hi enim, qui triumphum de Catholicis ore omni spirabant, corona militari subito cincti, balthæum, & arma, ponere in foro, & domum redire jussi sunt, gaudentibus in sinu Catholicis, his verò frementibus, quòd, præter omnimodam fortunarum etiam suarum depraedationem, in super deridiculo expositi, non vindicem Religionis suæ, sed facultatum prædonem evocassent. Quæ res eorum regressum ad Fidem Catholicam maturavit, cum serò respicerent, à qua felicitate, & fortunis, ipsi, & majores ipsorum, omisâ fide, excidissent. Et, uno *propè anno*, plurimorum Civium eonversionem acceleravit calamitas, quam per *quadraginta Annos* Nostrorum indefessa industria multum quidem, sed lentè promovet. Itaq; *fidem Paderbornæ, vel in visis, insulis Christianus Dux, è qua bona omnia exuleras*. Collegii damna, levi & moderato calculo, ultra *quatuordecim Imperialium milia* excreverunt; præter destructa, & sædè conspirata, conclavia, ex divite penu, & omnis generis supellectile, nec granum, nec gutta, nec pluma, nec pilus relictus. Ipsa fabrica eversionem vix evasit, illatis jam multis pulveris nitrati vasis, cum discedendum erat urgente exercitu Catholico, *medio Majj*, & nec aliud, quàm solum Ducis imperium expectabatur. Excussæ tamen sunt per omnem Domum fenestrix, ipso Halberstadiensis primum fustem impingente; quòd factum credas, ut per illas lacunas hospitii gratia illustrius appareret. Atque hæc prima fuit Collegii clades, quam alix porro super alias exceperunt, reciprocante bellorum fortuna. Erat grandibus impensis cœptus restaurari Collegii status, & *Nimz, ac Valckenhagæ*, omnibus necessariis instructa prædia, ubi cuncta etiam in prædam, ac solitudinem, abierant. Cum Ordine Cruciferorum aliquot millium sumptu Conventum ratione *Valkenhagen*. In alterius partis recuperationem sumptuose lites agebantur, imò intra *solos 9. annos* in prædium hoc vindicandum, tetinendum, restaurandum ultra *20. milia Imper.* insumpta reperio. Adhæc aquæ ductus Collegii usibus necessarius *duo fere milia Imperialium* absumperat. Sperabatur tamen paulatim vulneri priori aliqua obdanda cicatrix. Numerus Collegarum ad *sexaginta* circiter, aliquot annis, reflueraat; quando *Wilhelmus Landtgravius Hestæ Sueco confederatus*, Primatibus in tutiora dilapsis, *24. Octobrj 1631*. Urbi improvise hostis imminet. Proni in defensionem erant Cives, discordabant quidam aliorum, ideòque cum intra Urbem factiones, ad muros hostis urgeret, die altero Landtgravius intromissus est, si non proditâ, saltem perditâ Civitate. Illic enim exarmantur Cives, & *15. Imperialium milia* imperantur, Consulibus in custodiam abductis, Clerus contra pacta, ad contributionem compellitur: spoliatur Canonico Curie; Collegium in habitationem Landtgraviij electum totum denudè & penitus expilatur: diripitur annona in alimentum *70. Personarum* recenter comportata, lecti, & stragula, & omnis generis Supellex,





supellex, præter insignem magni pretii Bibliothecam, donum THEODORI Fundatoris, quæ primam de prædatione evaserat. *Patres quatuor* ad custodiam Collegii relictis ætatis, quàm sub Duce Brunsvicensi, includuntur. Exigitur lytrum, quod, toties accisis Collegii rebus, possessiones reliquas propè æquaret; cùmque id exhiberi non posset, *Tres eorum Castellæ abducuntur*, ubi in teterrimum carcerem, flagitiosorum hominum receptaculum, detrufis, ea per septem hebdomades devorârunt tædia, quæ hominibus maximè infensus impunè facere libuit, & mihi scribere non lubet. Post exhaustam cum Urbe Patriam 17. *Novembrii* abactis, quotquot placebat, pecoribus Landtgravius in Hassiam est regressus. Successit præsidium Cæsarium, quod Anno 1632. à 18. *Augusti* ad 1. *Septembrii* Baudisium cum altero Hassorum Ductore, qui *parvi Jacobi* nomen obtinuit, Paderbornam obsidentem cum notabili clade rejecit. Altero Anno 1633. *parvus Jacobus* ad obsidionem reversus, improvidâ excursionem, ad vicinum Urbi Leprosorium excurrentes Milites, Cives, Studiosos, foeda clade, obrivit, illo victoriæ emolumento, quod territam Urbem præsidium Hassicum contributione mensruâ avertere coëgit, sed fluxâ Hassorum fide, & ad auram fortunæ bellicæ mobili. Cùm enim 8. *Julij* ad Hameliam Gronsfeldii & Merodii Catholicis exercitus cæsus esset, immutatam rationem Status causati regrediuntur, Urbique 25. *Julij* præsidium intrudunt, quod toto triennio locum tenuit, & tenues fortunarum reliquias, sustentationi incolarum ægrè suffecturas, omninò exsuxit. Collegium splendidâ metamorphosi in Aulam, & Arcem, Landtgraviij conversum, Patribus contra datam fidem, antecedente Capitano, longo ordine, & tristi scena, ex Urbe eductis, per quæ varia loca exulantibus. Annona, & novis sumptibus congesta supellectilia, in novum spoliū patuerunt. Quæ subitis latebris, & malè contabulatis, temerè committere coëgerat præceps fuga, corrupta repererunt, cùm post triennium refoderent, libris, cùm manibus tractarentur in pulverem, aut uliginem, diffluentibus. Anno 1636. *Obit* 26. *Augusti* armatâ manu recipit Urbem incendiis antè deformatam, quæ ne restinguerent, à præsidio Hassico Cives arcebantur. Dum autem miles Cæsarius, æquè ac hostilis, insolesceret, omnibus ruri devastatis, fames subsequitur, & ejus pedissequæ pestis ac dysenteria. Duo Sacerdotes nostri, quos fama Urbis receptæ exciverat, indefesso studio, contagione afflatis assiltebant, aperto iis, eorumq; Curatoribus, Templo nostro, ne Templo Urbica contagio infecta luem in domos omnes refunderent. Anno 1638. 1. *Maj* Hassi Lipsadio effusi per insidias Paderbornam, toties expetitur bolum, intercipiunt ante, quàm de præsentia hostis resciretur, cùm Milites ad colligendos ramos virides in sylvas vicinas fuissent egressi. Hic iteratò in prædas omnia patuerunt, tantò magis opimas, quòd improvisus hostis, omnibus attonitis, occultandi consilia anteverteret. Decem Nostorum, cæteros fuga subduxerat, Lipsadium abducti, donec lytrum extorqueretur, Collegium aviditati hostium permisissum, subtractâ tamen in ipso prædarum fervore supellectili Templi pretiosiore: Urbs altero mense ab Hassorum confederatis reddi iussa, captivis dimissis, quod præter belli morem, ob pacis inducias, occuparetur. Tentârunt Hassi recuperationem illius Anno 1639. 10. *Maj* nocturnâ irruptione, sed effectu inani, & cum clade suorū. Anno 1640. LEOPOLDVS Archidux exercitum famelicum, & cum eo ingentem vastitatem, Urbi & Patriæ intulit, unde enata insequentis anni annonæ caritas, & fatalis fames. Anno 1646. à 1. *Maj* Carolus Gustavus Vrangelius post infestos lapidum, & glandium, imbres, post picatos pyrobolos, & triduana intra Urbem incendia, Militem Cæsarium tandem 15. *Maj* ejicit, bonorum immunitate promissâ, sed non servatâ, licet 26. *Imperialium* millibus pacta fuisset. Indubiam hoc tempore, & in duabus obsidionibus postea secutis, fabricæ Collegii everfionem avertit Divina providentia, tum globos, magno numero, consultò in Collegium libratos, & inter eos unum plurimarum librarum omni perniciose factum, aliorum divertendo, tum literas tutelares, *salvam guardiam* vocant, Legatorum Galliæ submittendo, eo ipso tempore, quo Urbs dedebatur. Porro cùm Clerum inter, & Magistratum civilem, de pacto lytro ageretur, rogati sunt Nostri, ut pro suâ apud Galliz Legatos notitiâ, ad impetrandam summæ imminutionem preces suas interponerent. Factum id fuit eâ efficacità, ut 4. *millia* Vrangelius remitteret; quod officium tamen tanti non valuit, ut à symbola, plus quàm septingentorum imperialium pro lytro conferendorum, Nostros eximeret, licet fayerent Sueci, & illi solùm refragarerent, quorum utilitas procurata fuerat, & de quibus id nemo facilè præsumpisset. Anno 1646. 1. *Decembris* Balduinus Remontius Widenbrugo improvisus adest, & immortalis suâ gloriâ, egregio stratagemate, eventu felici, Paderbornam ab Hassis recipit, aliâs ad legitimum Dominum nunquam fortè redituram. Stabat enim in præcipiti periculo Diocesis hæc, nè aliorum Episcopatum alienandorum communem calamitatem, suo fato, adaugeret. Et poterat conclamatum videri, si proximè sequentium annorum iterata molimina Suecorum Hassorumq; spem non fecellissent. Anno 1647. Die 28. *Augusti* Rabenbauptius Hassorum Dux, spirans cædis, & minarum, accedente cum Suecû Königsmarckio, per dies quindecim, acerrimâ oppugnatione, presserant Urbem, immissione ignium, & pyrobolorum, dejectione turrium, & murorum, extrema artis, & furoris militaris, experimenta moliti, extrâ decretorium assultum, à quo eos abstinuit Königsmarckij dehortatio, constantia militum, civiumq; & importerrita Gubernatoris Ernesti Bertra-Moyillij fortitudo. Deniq; Anno 1648. 5. *Octobrii* Hassi postremum alex jaectum tentaturi denuò ad moenia adsunt priùs, quàm de adventu eorum quicquâ percrebuisse. Aderat iis Ernestius Landtgravius paulò ante in Urbe captivus; aberat pars magna præsidii militaris prædatum in agros hostiles egressa, cum interim Hassi pecora omnia, & inter ea mille boves, & dena ovium milia, è pascuis abigunt, nobiliori prædæ intenti: protrahi enim ferebatur in eventum hujus obsidionis, negocium pacis, si forte Paderana Infula aliarum appendix in manus Laicas abriperetur. Benedictus deus, qui opportunum Salvatorem militi Generalem Lamboium, ut notam fortunæ bellicæ, alibi iniquioris, liberatæ Diocesis Paderanzæ immortalis gloriâ obliteraret, eò magis, quòd solutâ, post duodecimum diem, obsidione, nuncium liberatæ Paderæ illicò exceperit subscriptio pacis Europææ. Habes benevole lector fortunam Collegii Paderani ex amplissima penè nullam. Vides, in quam tenues reliquias concenterit opulentum à THEODORO Fundatore patrimonium; quod sanè, nec lauitia victus abligiuit, nec segnitias œconomica decoxit; dum enim toties instauratur, & expilatur, res domestica, toties instruuntur de novo, & destruantur, prædia; post tot exilia, & excedia; post evilefcentia, plus quàm in septuplum agrorum pretia, quibus primi census inhæserant; post Creditorum fugam, vel infortunia; post debita necessariò contrahenda, revereor Dei providentiam, qui in servata Collegii fabrica spem nobis conservavit fortunæ, cùm ipsi placuerit, benignioris.

SALOMON

In monte Sionis extruit Sapientiæ Gymnasium:
THEODORUS
Ad fontes Paderæ adornat Musarum domicilium.

ESt tVrpe regi CeDrina rasLIIs
POLIre fastV lasplDos atrla;
sl paLLas In Casâ CLeanthIs
VeL tenVI stabVLetVr antro.

non sVb CaVatâ CaVte trophonII
DespeCta Debet stare sClentIa;
ast Inter eXCeLsos penates,
Inter ebVr, patrisqVe fasCes:

noC ILLe nôrat, qVI saplentIæ
septena panDens atrla sCeptriFer
DVctor slonis fVLClebat
OcbaLIIs tabVLata saXIs,

Et De CaVernIs Casâ CaryâIs
ArqVabat aLto fornIce pVLpIta,
basEqVe CeDro LæVigatas
assyrlo satVrabat aVro.

reX Ipse thyrsO perCItVs entheo
spLenDebat aLtâ CeLsVs In eXCeDrâ,
Et fronte regaLI slnebat,
BaCClferas renltere LaVros.

Et In theatro stabat ebVrneo
korâns profVnDo gVrglte paLLaDIs,
Et erVDItO gestlentes
profLVVlo satlabat aVres.

post hVnC seqVaCI te tVLIIt esseDo
honoS & aLtræ CVra sClentIæ
O paLLaDIs nraBeVra nostræ
aLtlsonos sVbitVre fastos!

O fortIs atLas: gLorla patrIæ
sVffVLta CeLso VertIce sVbstItt,
qVanDo LoCâstI paDIbornæ
rlerII noVa Castra phœbi,

CœplItqVe terfæ Vena sClentIæ
E paDeranIs CVrrere fontIbVs;
VICIna qVanDo rIpa CœplIt
aônIs resonare pLeCtIs.

qVoVsqVe pergIt VItrea fVnDere
LeCtra CLaro gVrglte paDera;
FLVet perennIs fons honorIs,
neC LatIces patlere Lethes.

qVot

qVot orDnâstî fâXa sChoLâstîCâ
sVbleCta tVrrî, tot tibi gLorîa
theatra prostant, tot tVlntî
pro proprio LapIDes CoLoffo.

etsî sîLeret nesCIVs abnepos;
re fâXa Læto pegMate ConCinent,
Vt Cantat AVroræ CoLoffVs,
sî rVbeas agat ista blgas

et Vos sorores, agMen apoLLInIs,
grates sonoro fVnDite barblto:
Vos Vester obserVat brabeVtes
æLyslo spatians Virecto.

SCIENTIÆ ET PADERA FUNDATORI THEODORO

Grates accinunt Carmine Eucharistico.

THEOLOGIA.

Ars eXCeLsa feror, qVla tV CeLsîsîMe prinCeps
ponis In eXCeLso pVLptra nostra thoLo,
tergaqVe nostra rVbro bVLLantVr epoMIDIs ostro,
et fLagrat ornatV pVrpVra nostra tVo:
re Clingat nîVeâ CœLestîs gLorîa LVCe,
steLLantîqVe tVVM Vestiat Igne CapVt.
In terra pVro tVa LaVs trabeëtVr In avro,
spLenDeat Vr Vasto fyrMate LongVs honos.

PHILOSOPHIA.

æVICIt toties, tot & argVmenta reLoLVIt,
aptaVIt Vires qVanDo stagra sVas;
argVmenta tVl toties repetita faVorIs,
solVere qVanDo CVplt tota stagra, neqVIt.

METAPHYSICA.

Nos tVa transCendIt bonitas ô Magne brabeVta:
VIX bontrâs Vno tâLIs In ente fVIt;
hanC etsî speCVLer, qVla non sVM praCtîCa VItVs
obseqViosa pares nesCio ferre VICes.

PHYSICA.

PHYSICA ContInVI sî VVLt CoMponere pVncta,
A te ContInVI pVncta faVorIs habet.
A Me CVncta qVeVnt ea pVncta InfLata VoCarî,
ranta peraffeCtVs faCta fVêre tVos.

LOGICA.

In te sî Verfor DVX Magne, paterqVe stagra;
obleCto neqVeo nobîLlore frVl.
re VoLVIt gratæ trîpLeX operatîo Mentîs;
At non est sVppar LaVDîbVs ista trîas.

ASTRONOMIA.

non LVbet astra tibi, nisi DosqVe VoVerē penates;
re theodore DIV stelliger aXis habet.
arctophylax, hyades, radiatvs orlonos ensis,
et pedibus teritur parrhasis vrsa tvis.
hoc cano prognostes, neqVe falsi NVminis avgvr:
eclipsis LVcis non erit vlla tvz.

ARITHMETICA.

obrvitvr nVmero, qVoties ars nostra laborat
obsequi CVplens debita nôsse svi:
pLVra recensentvr qVam qVas latonia phoebe
nôctivagas pVLchro vellere censet oves.
inter tot nVMeros non extat calcvlvv ater;
spectantvr nVco CVncta notata stylo.

RHETORICA.

sVada licet blsonis exstvet vndiqVe bvccis:
nescit hyperbolico re phalerare tropo,
et gestis sVperata tvis tibi porrigit herbam:
qvz tibi victori tradita lavivs erit.

POETICA.

per te nostra svls svsvltant barbata nervis,
per te faridicis mvsa beatvr aqvls.
qvz sva ni grato tibi volvat barbata versv:
digna forent frangi barbata, mvsa necce.
hic ex corde loqvor, ne cvlper ficta poësis;
ivro per aonii tela capvtqVe del.

GRAMMATICA.


vix inter phoebi repvtor, (qvla parva) sorores,
ast reliqvls grato non ero corde minor;
non sola orbili nostro viret herba vireto;
non betvlæ doMinans obtinet arva frvtx.
nostra corymbiferis ivvenescvnt prata corollis:
hinc tva pvrpvrcls spargo sepvlchra rosls.
sparsa merls ego texo rosls tva castra doloris:
non fvlt in genio spina, vepresve tvo.

PADERA.

*melior est auro
Sapientia.
Prov. 16.*

si rvtilans fvlvo sapientia pravalet avro:
antelt avrifero paderis vnda rado:
avrillvas ls igit opes, ast padera doctas
dives incxhausto fonte propinat aqvvas.
navritvr theodore tvo sapientia rivo:
fons es: in hvnc fontem gratia versa flvit.

FERDINANDI





FERDINANDUS EPISCOPUS

S E U

ÆDIFICIUM ECCLESIAE XAVERIANÆ.



Oeli donum sunt Mitræ terra altiores, ideoque in terrenam hæreditatem non abeunt, ne cognatus affectus, terræ filius, luteam originem tanto splendori affricet, & dignitatem Angelicam divertat in capita hominum non merentium. Sitamen traducem generis prærogativam non tam stemma sequitur quàm mores, meritò in agnatam Thronum reponitur sanguis, qui de ejus possessione laudabiliter antehac occupata, non *luteo* discepat, sed *Virtute*. Accedit quod poma ex eadem Arbore decussa mutuum de se invicem pariant præjudicium, & gemini saporis excellentiam polliceantur. Ita de FERDINANDO visum, cui ad acquisitionem Mitræ Paderanz non obfuit THEODORUM, ex eodem sanguine, Antecessorem aliquando habuisse. In Eo Nepotismus non impegit in scopulum, ad quem tot aliorum, ambitioni suæ velificantium, vota, & fata, sæpè numero alliduntur. Prefsit FERDINANDUS THEODORI vestigia, & exacto penicillo, exprimere conatus est merita, eò feliciter, quod coloribus non aliunde adscititiis, sed in eadem Familia hæreditariò natis, uteretur. Testes sunt Libri, vitæ & laudum FERDINANDI compendia, tanto numero, tantæque Nationum in Unius præconia incumbentium contentione, ut supervacaneum penè duxerim, post tam grandia Auctorum Nomina, & Illustrium Codicum frequentiam, rudi calamo, & sera diligentia, aliquid adjecisse. Inspice quæ Reverendissimus & Perillustis D. CHRISTIANVS THEODORVS PLETTENBERGIUS ex *Leubausen*, Canonicus, & Scholasticus, Ecclesiæ Cathedralis Hildesienfis, non doctrina minùs quàm genere nobilis ante Panegyricum Academiæ Paderbornensis, quæ Vir Clarissimus *Bernardus Rottendorffius*, *Com. Palat. & Med. Caf.* ante Monumenta Paderbornensia eleganti, & erudita, scriptione præfati sunt. Leges ibi Viros lucubrationibus suis tota Europa celeberrimos, qui in familiaritatem FERDINANDI similitudine morum & ingeniorum impliciti, voluminibus suis ab effigie, aut nomine FERDINANDI, in Operum Frontispicio lucem publicam quæsierunt, vel inter Ejus celeberrima præconia calammum encomiasten attriverunt. Non memoro alios ex omni Gallia, & Belgio, prioribus adjunctos eà frequentia, ut quicquid in utràque Gente aut Antiquariæ raritatis, aut Historici acuminis, aut Poëtici cultus fuit, ad unum FERDINANDI nomen viderimus subsiliisse. Ubique enim applaudebant Ei Musæ liberales, quarum pretiosos fœtus semper delicatè habitos non nisi quàm liberalissimè tractare solebat.

Similium Virorum calamo vicario Epitomen vitæ FERDINANDÆ subnecto, cum non vivum tantum meritibus laudibus exornarint, sed aliqui etiam illorum demortui cineribus sinceræ lachrymas affuderint, ut ab Invidia & Adulationis vitio candorem suum vindicarent, juxta illud Poëtæ:

*Pascitur in vivis livor, post fata quiescit;
Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.*

Patrem habuit FERDINANDUS, FRIDERICUM L. B. de FURSTENBERG, virum summi nominis & auctoritatis; Matrem verò ANNAM MARIAM de KERPEN, Dominam in Illingen maximis virtutibus ornata Matronam, quæ Eum Anno 1626. Billsteinii in lucem edidit (illustri puerperio ex quo tota Familia erat illustranda) *Die Octobrù 21. S. VRSVLE sacro. 29. Novembri* è sacro fonte susceptus est Sponsoribus FERDINANDO *Electore Colonienfè Vtriusque Bavaria Duca, & ANNA FURSTENBERGIA Domina in Eickholt.* A prima ætate, per omnem Liberalium Artium cultum Adolescentiam transegit ingenio semper facili expeditoque, industria etiam supra Nobilium usum constans. Hæc Sigenz Nassoviorum, Paderbornæ, & Monasterii Westphalorum, prima experimenta fuerunt. Inde Coloniam ad sublimiora studia latus, exquire cœpit Majorum exempla & gloriam, quos fundatissima Baronum FURSTENBERGICORUM Familia pari semper Nobilitatis, & Doctrinæ claritudine illustres habuit.

Coloniz Eum ut primum aspexit FABIUS CHISIUS cum potestate legati à Latere Nuncius apostolicum præclaræ indole, suavi sublimique ingenio Nobilissimi Adolescentis mirificè delectatus est. Mox Romam cum esset evocatus ad sacram purpuram, gubernationisque Pontificiæ summus ab INNOCENTIO X. Administrator constitutus FERDINANDUM primo quoque tempore excivit è Germania, neque inter publicorum negociorum molestias Cardinalis, cui jam tum onus terrarum incumberet, aliâ remissione animi libentius, & suavius, quàm FERDINANDI familiaritate acquievit. Renunciatus Pontifex continuo *Intimum Cubicularium*, dixit; neque illa supremæ dignitatis accessione quicquam de usu mutuo, eruditoque commercio voluit decedere. In eo ALEXANDER VII. instituto perseveravit, ut singulis ferè diebus pomeridianas horas complures tribueret jucundissimis de Poësi, de Historia & Antiquitate universa cum FERDINANDO colloquiis. Qua consuetudine & gratia sic usus est incorruptissimus Aulicus & officiosissimus, ut interpretem se præberet literatis hominibus ad Pontificem adituris; nec modò præsentibus, verum etiam longè remotis beneficia conciliaret. Tanta porrò FERDINANDI claritas in omni humaniorum Artium Scientiarumque parte extitit, ut Academiæ Romanæ electus Princeps fuerit: qui honos Viris duntaxat Genere & Doctrina præstantibus, nec ante Eum Germano aut Externo cuiquam erat habitus; ut solet ALEXANDER Germanum Italiz Adolescentibus in Exemplum proponere, his verbis: *En Ferdinandum meum! hunc moribus, hunc studiis imis ave.* Jam non dubia Principis voluntate in augustum purpuratorum Patrum Ordinem promovendus expectabatur: cum solennibus Paderbornensis Ecclesiæ suffragiis occupatus absens, Episcopus & Princeps ritè nuncupatus est, ingenti Bonorum Eruditorumque plausu; ac nimirum libentissimè ab ALEXANDRO confirmatus; nec tamen nisi ægerrimè, atque ad eum lacrymis, dimissus est.

Monumentum
Paderb.

Rottendorff: in
Mon: Paderb.

Friszonius in laudatione
Ferdinandus.

Pera & Paderbornæ electio anno 1661, 20. Aprilis; cujus successum Reverendissimus & Perillustris D. **ANNUS** SIMON MAURITIUS à LIPPE Cathedralis Canonicus nomine Capituli Romam ablegatus, Electo Principi **COLLEG:** nunciavit. Subsecuta est 30. Maij. Confirmatio Pontificia, & 6. Junij Consecratio Episcopalis pera & Romæ **PADERB:** per Eminentissimū Cardinalem JULIUM ROSPIGLIOSUM, postea sub nomine CLEMENTIS IX, Pontificem Maximum, Exinde rediit ex Italia Principem suum 2. Octobris Diocesis Paderana excepit, & biduo post inaugurali solennitate in Urbem suam magnifice introduxit. Nec in eo communis lætitiæ theatro personam suam desiderari passa est obsequiosa *Pallas Paderana*, convitium merita si in Cognato Nepotis sanguine magnam ejus Patrum THEODORUM, Fundatorem suum, non veneretur. Drama dedit 5. Octobris Ænigmatico-Syncharmaticum, quod ab elegantia conceptus & jucunda rerum varietate cum Capitulo & Patriæ Nobilitate Principem, delitiis inventionum Italicarum assuetum, Spectatorem habuit & prolixum Laudatorem. Ab his auspiciis orsus FERDINANDUS cum gubernandæ Patriæ omni curâ intenderet, & animum in Societatem benevolam pluribus indicibus indies testaretur, tum ex eadem Confessariū eligendo, tum Missionarios fundando, qui, per Diocesin omnem, salutem animarū vigili industria procurarent, 3. Martij, anno 1665 fatali morbo subito occupatur; modicis tamen initiis, & ita neglectis, ut ad divertendum animum, quod sæpè solebat, ex Arcæ suæ in Collegium Societatis die altero vehi voluerit. Inde redeuntem validius aggressus est hostis, adeo infestis progressibus sæviens, ut 9. Martij flexis genibus, & corpore omni ad insignem pietatem composito, per manus Confessarii Viaticum sumpserit, & à Rectore Collegii Oleo sacro fuerit inunctus, Squallebant omnia luctu, dolentibus singulis, succidi in herba florem ejus elegantiam & fructum vix delibaverant. 10. Martij, voto ad B. V. & S. FRANCISCUM XAVERIUM emissio cœpit remittere violentia febrium, & pedetentim omnino sopiri. FERDINANDUS 17. Junij celebratis in Æde Summa Soteriis. 21. Augusti, in Templo Collegii ad Aram summam faciens S. FRANCISCO XAVERIO Sospitatori suo ex voto obtulit *Calicem argenteum deauratum cum brachio argenteo, seu hierotheca, qua Reliquias authenticas, è brachio ejusdem Sancti Roma acceptas, continet*, ad commune infirmorum afflictorumq; solatium. Laminæ cui hierotheca insitit, & insigne suum & hanc Epigraphen incidit iussit: *S. FRANCISCO XAVERIO S. I. Indorum & Japonum apostolo FERDINANDVS Dei & Apostolica Sedis Gratiâ Episcopus Paderbornensis, S. R. I. Principi & Comes Pyrmontanus; gravi infirmitate liberatus Hierothecam ex voto DD. Anno M. DC. LXV.*

Virtutem Reliquiarum à FERDINANDO ad cultum publicum in templo Societatis, præviâ approbatione, expositarum ipse Princeps sensit 19. Junij, anno 1667. ob valetudinem denuo restitutam voti iterati reus. Cui gratiæ Divinus favor novam paulò post 19. Julij adiecit: Electionem in Coadjutorem Monasteriensis. Cujus amplissimi & opulenti Episcopatus possessionem quanto populorum affluxu, quam celebri Illustrium personarum comitatu, quam splendido rerum omnium apparatu Anno 1679. 13. Novembri adierit? multiplex typus loquitur spectatissimi Actus tota Europa testis.

Exinde FERDINANDUS Templum Xaverianum animo meditatus, Anno 1673. 31. Octobris aream ruinosa domus à Gymnasio nonnisi spacio viæ curulis disjunctam 210. Imper. Anno 1675. domum Haxterianam 710. Imperial: Anno vero 1677. domum alteram 900. Imper. cœmptam Collegio transcribit in futurum templi ædificium. Incurrebat interea FERDINANDUS Anno 1676. 1. Augusti in novum vitæ periculum cum ad febrem tertianam, & fluxum hæmorrhoidum, dysenteria per omnem viciniam cruentè grassata accessisset. Jam mortuum fama vulgaverat, parabantque mœsti Clientes & Amici lacrymosa Epicedia, cum subito nunciatur D. LUCIAM V. & M. malum cum periculo dispulisse. Ita in FERDINANDO certabant Morbi & Cælites, Isti ut ferirent, Hi ut protegerent. Felices quibus Superiorum cura est, ut eorum vicissim sint Superis! Quinquenales induciæ paciæ videbantur; quando Anni 1681. Mensis Martii Humorum genitor, genitorque dolorum Principem sub Clypeo Cælitum hæctenus protectum martiali incursu, & audaci ferocia, ita afflixit, ut resurrecturus non crederetur. Arrectum in nova vota negligere visum sunt Superi, ut beneficium cumularent periculo, & tarditate medendi magis illustrarent. Erat dies Martij 13. æternam in sepulchro noctem FERDINANDUS imitans. S. FRANCISCUS XAVERIUS cœlestis Archiater frequentibus sacrificiis precibusque vocatur in vota FERDINANDI quem *sex Doctores Medici, & duo Chirurghi*, conclamaverant. 14. Martij quæ Veneris erat, & decendiali devotione in honorem S. XAVERII in templo Societatis festa, Ejusdem Sancti Lysanotheca Brachialis argentea in conclave moribundi reverenter infertur, quam FERDINANDUS inter calidissimos affectus toto pectore amplexus renovat votum, triduo ante factum, in honorem sæpè dicti Sancti, toties in se benefici: *de templo, si convalesceret, structurâ magnificâ erigendo*, eam in rem statim decrevit apud se 30. Imper. millibus, quorum exhaustas impensas utinam supervivere Ipsum benigni Cælites annis quam plurimis voluissent! Statim annuere visus est Sanctus. Proximè secuta nox suavis & quietius Principem excepit. Inter similia solatia & dolorum levamenta proximi dies fluxerunt. 22. Martij evocatur in Arcem Sacerdos è Societate Celsissimo Principi familiariter notus: huic Thymarurgum S. XAVERII auxilium commemorat; rogat continuari pro se à Collegio preces cum sponcione implendi voti, cum primum per valetudinem magis roboratam licuerit. Reliquiæ cum repeterentur, Ex curru sejugi, & Principali, decentissime ad Collegium revertæ sunt.

Tandem Anno 1682. omnibus rite præparatis, effosisque ante fundamentis, die 13. Augusti Celsissimus Princeps FERDINANDUS ad benedictionem, & collocaionem, primi Lapidis solenniter processit ceremonias omnes Ipse completurus. Assistebant è Cathedralibus Canonicis complures, quatuor Juniores Comitæ à Lippe & Solms, Aula omnis, multa Nobilitas primaria, cum Primoribus Civitatis, Cruce præcunte, sequebantur Nostri cum externis Clericis, tum FERDINANDUS EPISCOPUS, habitu Pontificali, stipatus tribus Reverendissimis Ecclesiæ majoris Canonicis D. FERDINANDO à PLETTENBERG nunc Decano, D. LOYHARIO à LIPPE Cellerario, D. FRANCISCO à WOLFF MEETERNICH Camerario, singulis festivo Pluviali, ut vocant, Chlamydati, munitibus utrinque latera Bipenniferis, armatisque Haidonibus, prosequente Nobilitate Virisq; primariis. Lapide in parte Australi, ubi nunc Altare majus, ad Aram sub papillione extructam, solitis ritibus benedicto, inter Tympanorumque campestrium amœnam musicam, itum est ad murum Septentrionalem, in cujus medio, sub ostio majori Ecclesiæ, Lapis benedictus feliciter depositus est. Laminæ stannæ Lapidis inclusæ Princeps inscribi iussit:

D. O. M. S.

FERDINANDVS Dei & Apostolica Sedis Gratia Episcopus Paderbor. & Monaster. Burgravius Stromberg: S. R. I. Princeps, Comes Pyrmontanus, Dynasta in Borckeloo & L. B. de Fürstberg. Ad majus Fidei ac Pietatis Catholica incrementum. & servata visa memoriam, hanc Aedem D. Francisco Xaverio solemniter votam, Suae in Deum Religionis, in S. Indiarum Apostolum gratitudinis, in Societatem IESV Studij, in Collegium Theodorianum benevolentia monumentum, primo Lapide rite posito, à fundamentis extruere cepit. Anno Salutis humanae M. DC. LXXXII. Idibus sextilibus. Pontificatus sui Paderbor. anno XXII. Monaster. anno IV. Eadem Epigraphe in frontispicio Templi illustri charactere excisa spectatur cum Insignibus FERDINANDÆIS, Pileo Principali coronatis. Intra lapidem vitrum erat pellucidum, in circuitu membranam candidam exhibens signantem annos Regiminis INNOCENTII Pontificatus: LEOPOLDI Cæsaris 24tum, tum nomina Generalis, Provincialis, & omnium Collegarum. Sub operculo vitreo legebatur: FERDINANDUS à FRSTENBERG Deo & Xaverio Patrono sVo LoCabat,

Posthac promulgatis à V. Rectore Collegij 40. dierum Indulgentiis, & Celsissimo principe ad Reliquias S. XAVERII celebrante Sacrum votivum solenne concinuit Reverendissimus Dominus JODOCUS à PLET-
TENBERG Cathedralis Ecclesie Hildesienfis Canonicus Presbyter.

Hic Cenforium Illorum Supercilium mirari licet, qui elimatum & Principale FERDINANDI Judicium in tribunal trahunt, quod insequentes Paderæ agros tam Nobili Basilica illustrarunt. Meminerint illi amplissimas Ecclesias in locis solitariis Cænobitarum erectas, non homini, sed Deo, cujus ubique præsentis augustissima Majestate minus est, quicquid humana Ars maximum molitur, Meminerint moles amplas Templorum Cathedralium exili vico plerumque cinctas fuisse, cum erigerentur; Postea verò, Religione loci attractis Coloniis, in Urbes spaciosas excrevisse. Nec tam vilis Superioribus sæculis Padera: ubi Leonem Pontificem excepit Magnus Carolus; ubi ipse, & Filius Ludovicus Principum & populorum frequentissimos Conventus non semel coegit; ubi Henricus Sanctus jucundissime morari solitus, Cunigundam Augustam Virginem Diademate Regio à Wiligiso Archiepiscopo coronari voluit: ubi plurium aliorum Imperatorum ac Cæsarum hospitium & stativis amoenissimi Paderæ fontes inclauerunt. Si interea commune multarum Urbium fatum sentiens Padera, per temporum & bellorum injurias, in cineres & vastitatem subleat; poterit ex iisdem aliquando redivivum caput erigere, ut non idè ad perpetuum squalorem damnandam censeam, aut indignam, quæ Nobile aliquod Edificium posthac sustineat. Certe antè octingentos annos eruditus Scriptor in Proœmio operis de translatione S. LIBORII ait: Inter loca principalibus Ecclesie constituendæ destinata speciali quâdam dignitate Paderbornensis Sedes præcellit; Erinherus, in vira S. Heimeradi Presbyteri: non Pontificalem tantum sed & Regalem Sedem appellat.

Porrò FERDINANDUS cum post Monasteria, Tempa, Sacella magno numero extructa, refecta, exornata, de quibus varii prolixè scripserunt, Ecclesie Xaverianæ fabricam tam felicibus auspiciis inchoasset, magnos Spiritus, regia propè munificencia ad indigentiam multarum millium à Fide aberrantium animarum in extremas Orientis & Septentrionis Regiones longè porrexit, Missionarios fundando, qui Apostolico conatu in eorum reductionem incumberebant.

Placeat ipsum Zelo plenum Tanti Principis calamum intueri, quo Congregatam Romæ in Generalibus Comitibus Societatem anno 1682. alloquitur paulò post Epistolæ initium: *Necessarias primùm in Paderbornensi, & Diocesi Nostra Monasteriensi Missiones Patrum Societatis IESV constituimus; & uberrimos ex iis fructus provenire conspicientes Cor Nostrum dilatavimus, ac deinde ad Patriam Nostram Westphalia Ducatum, postremò ad alias in hac mundi plaga Provincias ab Ecclesia Catholica per hereticam pravitatem avulsas usque ad ultimum Septentrionem palmas Nostras extendimus: atque ita 14. Missiones opibus Nostris fundavimus, quas Vestra Sanctæ Sodalitati, Venerandi in Christo Patres, tradere atque commendare decrevimus. Denig, allatæ ad Nos Literæ Ferdinandii Verbiest in vastissimo Sinarum regno Societatis Vestra V. Provinciali quibus innumerabiles animas ad divinam gratiam recipendam paratas, deficientibus illis sancti Evangelij præconibus, æternum perire miserabiliter deperat; Doctorem Gentium hæc verba nobis inclamantem: Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante, & D. Franciscum Xaverium, singularem & beneficentissimum Patronum Nostrum, desiderio prædicandi Sinæ Evangelij magis, quam vi morbi, exitium, eadem à Cælo Nobis ingeminantem audire visum sumus. Eoq; memoratis hæc quatuordecim sacri expeditionibus, quinq; decimam Sinicam & Japonicam adjecimus, &c. Itaque coram vobis Venerabiles IESV Christi Sacerdotes, ac Moderatores Sacrosanctæ Societatis ejus, hæc quindecim Missiones, sex & triginta Missionariis commendatas, ex 101740 Imper. proveniente 5087. Imperialium Daletorum annua pensione liberaliter, ut confidimus, à Nobis dotatas & perpetuò stabilitas Deo Patri omnipotenti, ac unigenito Filio ejus IESU Christo totius humani generis Redemptori; (in cujus Societatem peculiariter vos vocati estis) & Spiritui Sancto, ac Deiparæ semper Virgini MARIÆ absq; macula conceptæ, ac S. FRANCISCO XAVERIO Indiarum Apostolo, alijsq; Cœlitibus offerimus & consecramus.*

Congregatio Generalis Societatis XII, visis his literis, & foundationum diplomatibus, Decreto 27. Non quidem deliberavit gratias an deberet, sed quas agere posset; adèd visa illi fuit rei magnitudo Societatis omne meritum, viresq; excedere. Ne tamen ulke Societatis partes, gratiæ animi sensus & significatio desiderarentur, decreta à Congregatione, datæq; ad FERDINANDVM Principem in gratiarum actionem Literæ sunt, indicata insuper per Societatem Universam Sacra & Preces, ac denig, Principis ad Congregationem, Congregationis ad Principem inserta servatæq; in Actibus Congregationis Literæ, ad perpetuum singulari libere erga Societatem munificentia, tum Societatis erga ipsum gratissima voluntatis ac memoria futurum, etiam apud posteros, pignus & monumentum. Grandibus his moliminibus intento FERDINANDO, & fundamentis adèd magnificis plura superstruere meditantem, ut esset Apostolicorum Missionariorum continuata successio, acerbo funere intercessit Mors 26. Junij Anno 1683. Die Sabbathino, ut futurum dixerat, amantissimum Nobis Patrem præmaturo fato præripiens, & spes omnes posteras uno ictu præcens, Parentatum Ipsi, tum tristi Epicedio mœstissimi Collegij, tum funerali ac elegante panegyri, tum Sacrificiis ac Precibus quamplurimis tota Societate imperatis. Illustrem Bibliothecæ suæ extremis tabulis Nostram esse jussit, ut in ea Cor suum, Musarum omnium domicilium, nobis legasse videretur. Ex calculi sectione obiit, Vir tantum qui bonorum omnium calculo longiore vita dignissimus, Pontificum intima consuetudine, Regum amicitia, Christianarum omnium gentium admiratione, plausu, præconio celeberrimus fuit. Ego hic in tristi silentio calamum sisto, & annos in quiete æterna felicissimos præcor Illi qui fortunatæ Collegij tot claudibus attriti omni studio in statum feliciorè erigere connifus est.

Auctores
Vatij.Epistola
Ferd. ad
Congreg.
Generale
S. I.Congreg.
Generalis
XII.

Fritzon

PAR-

PARNASSUS INDOLET FATO FERDINANDI SED HONOR EXULTAT

IN VARIIS FERDINANDÆ GLORIÆ MONUMENTIS.

CVr Lyræ Mœrent, resonatqVe LelisVs?
Cserpt In phœbi faCie CVpresVs,
strata nlgresCVnt hēLlConis atrā
Veste theatra.

VngVlbVs Crines LaCerat CaMœna;
regasVs tristi laCet In Catenā,
non VaLens phœbi toLerare fræna,
orbVs aVenā.

qVls potest Istos generare LVCtVs?
reCtoris tristes agitare fLVCtVs?
Vt gerant saLsos CLariz sorores
LVMine rores?

Phœbe tV nobis tVa sensa panDe;
arbitror: fLentVr tVa, FERDINANDz,
sata, qVels sitV solito parentant,
fILaqVe tentant.

si parit fLetVs qVerVLos ADonis;
IVre Vos sClisls Charles Coronis,
et Cohors phœbi, terribis DeCora
fLctibVs ora.

Vos sVo Lasit, fatcor, fVrore
Atropos, potō rabiens CrVore:
sata Vos stringVnt nigra FERDINANDI
Verbere grandI.

ILLe si phœbi Citharas tenebat,
AC CheLyn pVLsV resono terebat:
risit cXVLtans tenero profVsa
Cespite MVsa.

»LeCtra stringebat LICet InfVLatVs,
ibat In plnDI IVga LaVreatVs
In Labris spirans saliente pLenas,
paLLaDe Venas.

ergo sIC ILLI perlere LVsVs!
ô nlgre sortes, LaCheslsqVe fVsVs!
obstite nobis INIMICa Voto
ferrea CLotho.

sint IoCis rVrsVs faCies serena:
rLetibVs Largis fLVit HippoCrene,
sat gerit saLsos LatlCes profVnda
sleris Vnda.

fVnebris Cesset Citharæ qVereLa,
reCtoris tristis repetita teLa;
non tVVs qVærit LaChryMas vrabeVta,
phœbe ChozeVta.

DVra

DVra nIL ILLI noCVêre fata:
VIVIt In CœLI patrIâ beatâ,
et sVpra soLIs speClofa Castra
IVIt aD astra,

proqVe parnaSI reCreante rore
neCtarIs grato frVItVr LIqVore;
InCoLIt tempe, sVperoqVe Lata
CoLLe Vlreta.

EVs In terrIs qVoqVe faMa CresCIt,
neC seCVtVrIs spatIs senesCIt,
perVoLat Latè streperIs perennIs
eLorIa pennIs.

qVâ sInVs gangIs terIt AmphiIrlte,
et fLagrant soLIs rable nIgrItæ;
qVâ rotat rItan roseas qVaDrIgas
LVnaqVe bIgas;

qVâ nitent Ignes nIvæ DIones,
qVâ rotas soLIs fVgIVnt rIones;
PRInCIpIs tantI resonant freqVentes
noMIna gentes.

*fundavit Missiones
septentrionales*

trans proCeLLosos rhetiDos penates
hVnC CanVnt InDI, referVntqVe grates,
atqVe sVbsVLtant aLIàs ferInæ
LIttora ChInæ.

*fundavit Missiones
Orientales.*

EIVs herols properante zeLo,
hVC fIDes pLeno fVIt aCta VeLo,
qVALIter Iason pepVLIt DeCoras
VeLLere proras.

non per eos VaCat Ire portVs,
sIVe rItans rVtILantIs ortVs:
FERDINANDæIs VenIt Ipse gestIs
pâDera testIs

qVI noVos eIVs totles honores;
sVspICIt; reMpLI qVotles nItores
CernIt, aC Latè reCVbare foIsIs
rIgna CoLoIsIs.

sI sVb aLgoso CVbat ILLe fonte,
non potest fVLgVr toLerare fronte,
obtegit nasas stVpescra trVnCIIs
reMpora IVnCIIs.

PRæpotens tantI radIVs nItorIs
FERDINANDæI nItor est honorIs;
Ista non VLLo VlratVr æVo
eLorIa næVo.

Iste sI fVLgor fabriCæ nItesCIt,
PRInCIpIs tantI DeCVs InVaLesCIt,
æVLSa LIvorIs faCles hebesCIt,
eLorIa CresCIt.

sI IVbar reMpLI tereret VetVItas;
eLorIæ perstans radIat VenVItas,
et perennantI generosa Lavro
stablIt & æVro.

ACROAMA GRATULATORIUM

A D

FERDINANDUM

PRO CORONIDE IMPOSITA FABRICÆ XAVERIANÆ

FERDINANDE stat Coronis
ELEVatis aLta Conis;
EVoLVtos post Labores
TVba favstos fert sonores;
gratVLantl, foLLICantl
resta ferVent organo.

LVCe fLagrant Ista signa
ÆViterno soLe Digna,
atqVe Lenes per proCeLLas,
et natantes LVCe steLLas,
hæC porentis signa gentis,
per LaCVnar fLVCeVant.

reMpLa prostant, & benignè
rhoLVs aVri fLagrat igne;
ars CheLystæ tota tinnit,
roLygLothæ VoX friltinnit,
reCta Latls, & faCetls
personant slrenlbVs.

seV sonoro Lata taCtV;
siVe basso pressa traCtV;
seV Vagantls VngVls ICtV,
resonoqVe pVLsa fLICtV,
atqVe pVras per figVras
stIMVLentVr organa:

hi Canores, hi fragores,
tot nitores, tot Lepores,
præLiantVr, atqVe beLLa
se LaCelsVnt ad DVeLLa;
sine splisls hæC sarlsisls
agitantVr IVrgla.

FERDINANDo Lata CLangVnt,
gratlasqVe grata pangVnt,
et hiantl tenfa soLLe,
et sVperbo pLena CoLLe,
hVnC oVantl, personantl
perstrepVnt pancyrl.

reMpLa Vassa sVnt paLzstra;
Ipsa paLLas est seqVestra:
Ibl Certat LVX nitore,
Ibl Certat ars honore,
et serena, paCe pLena
generantVr præLia.

FERDINANDE qVI beata,
et pyropis steLLVLata,
hyaCinthls fornicata;
et rVblnls pVrpVrata,
atqVe beLLls pLena steLLls,
habitas paLatia:

Ibl laCtat ars CoLores;
TVba traCtVs Latlores,
et sVperbils pLena Ventls,
pLena Vltæ gestlentls,
Latlore se rVMore
Ipsa laCtant organa.

en saCrata fVLget æDes,
est tonantls CLara seDes,
est honorls officina,
TVa LaVs est InqVILina,
Ibl rVta, te seCVta
habitable gLoria.

hæC honorls stant theatra;
hIC aVltâ stirpe nata
FERDINANDI signa Vbrant,
seqVe reCtâ fronte Lbrant,
Et patesCVnt, & nitesCVnt
In sVperbo fornicæ.

Ista saMa non nigresClt,
honor iste non senesClt,
In perenni sCVLpta saXo,
sine nigrâ Lata taXo,
speCiosa, gLoriosa
TVa stant præConla.

phæbe CLange, pLeCtra tange:
non rapina, non rVina,
non tereDo, non pVtreDo,
non fVLigo, non rVbligo,
nVLLa tabes, nVLLa Labes
VERIT æIVs gLoria.

FERDINANDI

FERDINANDI GLORIA
 POST EIUS FATA
 VIVIT IN COELO ET SOLO,

F VRSTENBERGIA D. ES	fVblt aftra, faCefl. te	pLanCt. Vs:
VIVite THESplaD.	pVLChrosqVe LaCefl.	Cant.
NIL fera LVClfl. Cæ	noCVerVnt splCV. La	Mort. Is:
faVfta beatfl.	pepererVnt faCV.	fort.
EXerat aVfter. os	qVaMVls fors Læ. Va	fVror. es;
non poterit Ver.	fors sternere fa.	DeCor.
sClit LaChesls DV. ro	teLas abfoLVc. te	Lo:
non VaLct obsCV.	LaVDes obVoLVc. re	Ve.
hInC Vbl paLlen. ti	tabesCens Mor. te	reflX. It;
eLorla fVLgen.	CLaresCens for. te	reVIX.
F VRSTENBERGIA. CI	LaVs cXorna. ta	nltesC. ct.
DoneC zodla.	LVX InCLIna. ta	nlgresC.

TEMPLUM XAVERIANUM
 FVRSTENBERGIACAE GLORIAE PALATIVM.

SI Vasta tantl pegMata fornICls,
 SAVroqVe pLenas Cernls hyperboLas,
 VeL LVsltante penICILLI

Ingenlo refLVos nltores,

ferrVglnosls, InVIDe, DentlbVs
 Abslste CLaros tangere fornICes;
 non InCrepa steLLans LaCVnar
 AVrlferls rVtlLans parergls.

sI fors pVtetVr tanta CapaClbVs
 prætenfa CLathrls area fabrICæ
 pro CIVItatls InfreqVentl
 esse nIMls spatlofa CæetV;
 nesClis InlqVI peCtorls arblter
 AVCtore qVanto fabrICa fVLgeat,
 qValIs propago FERDINANDI

ALtlfono strepat In CothVrno.

est Digna tanto fabrICa PRINCIPe:
 non lste VILI fornICe stringltVr,
 eIVsqVe LaVDes non teneret
 Longa sVo parasanga ClrCo.

stlrps lsta tantls Consita LaVreIs
 tot gLorlosls CLaret aDoreIs:
 non ILLa granDes VVLt honores
 eXlgVIs Latebrare teCtIs:

sI strata nILVs laCeltet atrla,
 CrVstata ConChls, LVbrlCa lasplDe,
 CeLlsaqVe tVrres, & sepVLChra
 nILLaCo fabrefaCta regl;

laCtat patentes paDera fornICes,
 Vbl perennans gLorfa PRINCIPIs,
 et nesCIVs stringlt sepVLChro
 VIVet honos, generlsqVe splenDor.

TROIA SUPERBIT
AVCTORE PHOEBO ET THEBAE AMPHIONE
XAVERIANA FABRICA
AVCTORE FERDINANDO.

PergaMa Cyrrh-^{aVs} fertVr CVr-^{affe} LyrI-^{sta}
saXaqVe theb-^{anas} pLeCtrlS CVrV-^{art} CheLy-^{es}
qVanDo theb-^{anas} stVpet Vrbs AMph-^{Ionos} arC-^{es}
VeL noVa troI-^{anas} stVpet arX hyper-^{art}
ILLa sVperb-^{lfiCo} frVstra fVLg-^{ore} nIt-^{esClt}
ClnCtaqVe reg-^{lfiCo} strVctVra nIt-^{ore} tVM-^{esClt}
VIX MoDò nIL-^{laCæ} rVpls Ve-^{stgla} re-^{stant}
FVRSTENBERG-^{laCæ} rVrils fa-^{stgla} præ-^{stant}
panDit fVLg-^{orls} radIos troI-^{ana} Ver-^{Vstas}
fVLget In AVth-^{orls} titVLLs paDer-^{ana} Ven-^{Vstas}

FABRICA XAVERIANA
FUNDATA EST IN MONTE
FVNDATORE FVRSTENBERGIACO.

*fundamenta eius
in montibus.
Ps. 86.* **A**therels eff VLta IVgls, VastosqVe nItēbat
laCta sVper Montes Vrbs, statIóqVe DeI.
hInC nItl cXCeLto petIt hæC qVoqVe fabrlCa MONTE;
ne foret è trIVlo: PRINClpls ILLe fVIt.
sI fornIX tantI fVnDetVr In aggere MontIs:
prò sVperI qVantVs teCta teneblt atLas!

CUR FABRICA TEMPLI
TAM AMPLA.


FVrstenbergIADæ stlrps est cXCeLsior astrIs;
et toto Malor XAVIer orbe fVIt.
ntsl per Vastas DeCles eLatlor aVras,
erIgtVr fornIX; esset VtroqVe MInor.

FERDINANDUS
MAGNUS NOMINE ET STEMMATE.

FVr-STEN-BER-GI-A-DES est DIctIo scsqVlpeDaLIs,
oraqVe VIX tanto sVnt fatIs apta sono;
CoN-STAN-TI-NO-PO-LIs non Lato est Longlor VngVe,
sIt LICet aMpVLLas cXpLICItVra sVas:
FVRSTENBERGIACo GENVs est, NOMENqVe TRABALE;
VnDe gerVnt VASTAS sIGNA VETVSTA TRABES.

HERM-





HERMANNUS WERNERUS EPISCOPUS.

S E U

DEDICATIO ECCLESIAE XAVERIANÆ.



Cubuerat EERDINANDUS in plena lucis meridie, cum currus gloriae ejus quam maximè fortunatis gressibus procheretur, & subjecti Populi sub Olea Pacis collecti suaves umbras, & sudos sine nube dies, sperare potuissent. In novi Solis exortus respiciebant Infulae Praefulibus suis viduae, & in novos HERCULES, qui decedente de statione sua ATLANTE, vicarios humeros sustinendo Reipublicae oneri substituerent. Nec diu inter ancipites Candidatorum spes, & contentiosa Suffragatorum consilia Mitra Paderana fluctuavit. In Solum Pontificale effectus est, qui in proximis ipsi Gradibus subsistebat, & solitus hucusque fuerat per VIRTUTUM ET HONORUM GRADUS AD MAJORA semper conniti. Is fuit HERMANNUS WERNERUS *Cathedralis hujus Ecclesiae Decanus, & Hildesensis Praepositus.* Nondum integro trimestri vacaverat Sedes, quando concordia Electorum Vota in Hunc Unum conspirarunt, anno 1683. 15. die Sept. in quem Unum unanimia Patriae vota seu desideria jam diu respexerant. Juvat Tanti Principis Clarissimos Majores memorare, ut ex Illustrissima Generis Prosapia Descendentium Nepotum heroica & generosa indoles innotescat. Natus est HERMANNUS WERNERUS è Familia WOLFF-METTERNICHIA, cujus Paternum WOLFFIUM DE GUDENBERG Genus in Illustri Hassiae Nobilitate, sub titulo *Toparcharum in Isheven* ab annis plus quam sexcentis, Equestris dignitatis gloriam, & virtutem, gestis heroicis in Toga & Sago gloriose sustinuit.

Gratul:
Carmen
Paderb:
1684.

Gratul:
Carmen
Hildesien-
se 1682.

GODTHARDUS WOLFF DE GUDENBERG felici connubio Lectissimam Domicellam sibi copulavit è Familia METTERNICHIA splendore Generis & Virtutis clarissimam, cujus etiam Nomine Posteros suos cognominari voluit, vetustissima Perillustrium Familiarum consuetudine, ut deficientes in Femellis Stirpis inter morituræ Surculi in novum Stipitem inserti felicius possint æternare.

Horum Filius PETRUS WOLFF DE GUDENBERG conditus METTERNICH, ducta in Matrimonium IBERGA DE MELLER pervetustæ Nobilitatis conjuge, Arcem nobilem in Freisheim, aliâq; bona complura, possessionibus avitis adjunxit. Vir primæ apud HERMANNUM *ab Hassia Electorem Coloniensem* auctoritatis; In cujus Consilium intimû adlectus est, & factus Administrator in Briel, ac Satrapa in Keiserwerdt. Vitam ad annum ætatis octogesimum primû produxit in Templo Freisheimensi, cum Uxore, sepultus.

HENRICUS WOLFF METTERNICH Dominus in Freisheim, Vir bello strenuus & bellis Hungaricis magni in scientia militari nominis sub maximis Imperatoribus MAXIMILIANO I. & CAROLO V. Fervente Religionis bello duarum simul Legionum equestris unius, & alterius pedestris Dux fuit; administravit Praefecturas in Kerpen, Vianden & S. VITO. Conjugem habuit Filiam unicam & hæreditariam ex antiquissima Familia de Selickom.

HIERONYMUS WOLFF-METTERNICH in Freisheim, Praefectus seu Amtmannus in Bleischem, Candore animi, Pietate in DEUM, Misericordia in pauperes longè celeberrimus, ideòque omnium sibi amores unicè demeruit, ab aulico strepitu ad quietem œconomicam se convertit, ductaq; Conjuge CATHARINA de BUSCHFELDT hæreditaria Domina in GRACHT & in bonis aliis compluribus, cum Ea quinquaginta annis, si unum semestre exceperis, felici & fecundo Conjugio usus 14. Proles, utriusque sexus, procreavit. Quas omnes honestissimis moribus, ac disciplinis & scientiis, excultas, ad Honores & Dignitates tum Ecclesiasticas, tum politicas evehi vidit, mortuus Anno 1592. ætatis 73. & Coloniam ad SS. Apostolos tumulo illatus. Natu maximus Filiorum HERMANNUS fuit Toparcha in Gracht, Familiae Propagator; de quo postea.

Hujus Frater ADOLPHUS Canonicus & Thesaurarius Spirensis, in Theologia, utroque Jure communi, & publico Imperii, Consultissimus, à Ducibus primû Bavariæ, tum à FERDINANDO, *ex lisdem Ducibus, Electore Colonienfi* ad Publica Aula Ministeria & Consilia intima admissus est; posthæc ad Decanalem purpuram Spirensis evectus Ecclesiae illi multis annis eximia cum laude præfuit, Patrum Societatis, aliorumque Religiosorum Ordinum, insigne præsidium & columnen. Confraternitatem VENERABILIS SACRAMENTI primus Spiram intro duxit, impetrata, cum Indulgentiis plenariis, Sacrae Sedis Apostolica confirmatione, successu tam felici, ut ejus potissimum efficaci Zelo & auctoritate diffusa in Patrias Vicinas laudatissima Devotio, in hanc etiam Diocæsin ramos suos fecundissimè propagavit. Tanta in eo eluxit Sacrae Eruditionis facundia, ut in Cathedrali Ecclesia Spirensi, Luce publica Germaniæ, & Bonnæ coram Serenissimo Electore, ejusq; Aula sapientissima, celeberrimus Ecclesiastes frequenter & publicè peroravit, admirantibus omnibus in Viro Equestris Ordinis Sacram Sapientiam, cum tanto Generis splendore conjunctam. Restitutionem Diocæsis Hildesensis vigili prudentia & efficaci industria sedulo promovit, magno pondere adjecto ad maturandam in Dicastro Spirensi sententiam favorabilem ac definitivam, post quam brevi post Spiræ mortuus est. Adjungo inscriptionem Epitaphii quod Perillustri D. Parens Celsissimi Principis HERMANNI WERNERI Patruo suo, à quo piè educatus fuerat, non ex privato cognatòque affectu, sed ex fama omnium publica erexit, synopsis vitæ & virtutum compendium. ADOLPHO WOLFF-METTERNICH Decano, & Praeposito S. Guidonis, Spirensi. Zelo Religionis Avita, Pietate, Doctrina, Consilio, Facundia, Prudentia, Nobilitate eximio: qui cum Custos decem annis, quindecim Decanus, Ecclesiam hanc laudatissimè & fructuosissimè gubernasset, Religiosas Domo piè dotasset, ac Fraternalitatem SS. Corporis Christi, cui aliquot annis concionando præfuit, hæredem instituisset, Pater Pauperum, Exemplar Cleri, Lumen hujus Ecclesiae, plenus operibus bonis Spiritum Deo 2. die Junii sanctè reddidit Anno 1619. aetatis 60.

Fratrum

G

Fratrum prædictorum Tertius WILHELMUS à WOLFF - METTERNICH Romæ in Germanicæ Collegio cum triennio exegisset, & desiderijs vehementibus admissionem in Societatem Jesu sollicitaret, eam à CLAUDIO AQUAVIVA, nuper Atriæ Duce, tunc verò Societatis Generali, magno animi exultantis sensu AN. No 1587. impetravit. Gaudij illius interni dulcedinem multò cumulationem reddidit conversatio Sancta cum Beato ALOYSIO, è Serenissima Gonzagarum Familia, Societatis Religioso, quem in eadem Domo Collegam & Convictorem strinxisse brachijs, & religiose amplexatum fuisse, gloriari consueverat, nulla alterius vanæ gloriæ tentigine moveri solitus. In Humanitatem CHRISTI, Ejusdemque Sacratissima Membra & Vulnera maximè pronà, & proluxa pietate, ferebatur, nec aperta Tempora pertransibat, si negocia, aut animarum Zelus, evocaret in publicum, quin sub speciebus Eucharisticis occultam DOMINI Majestatem veneraretur, cum diceret: *Benedicere morati Filij esse, ut Patri Edes transiens Patrem adeat, & salute imperias.*

Officii Canonici tam accuratus à se exactor erat, ut ne in supremo quidem morbo, stimulante dolorum acrimonia, & defectis viribus, de debito hoc quotidiano decerpere quicquam sustinuerit, identidem familiare sibi solum ex S. PAULO ingeminans: *dum tempus habemus, operemur bonum.* Post sacras scripturas libellum aureum de Imitatione Christi in curis secundis, & pretio, habuit. Ex eo, cum Illustres Cognatos, aliòve, inviseret, in hospitij, & impensæ charitatis, præmium caput aliquod affectuosè prælegens. Ivit postea per Illustrissimas & cognatas primatum, & Principum Virorum, manus, tanquam pignus hæreditarium, Liber ille effectibus prodigio similibus clarus, & ex quotidiano Tanti Patris atritu adhuc odorem expirans, & afflans, virtutum sublimium. Magnæ Matri Virgini DEIPARÆ ex asse devotum se Clientem, & Mancipium, addixerat, cujus Rosarium, Torque Burgundico, seu Vellere aureo, nobilium Insigne, cum ad quietem nocturnam se componeret, è collo suspendebat: *Ne unquam expergisceretur, quin de Matre Dei salus anda commonesceret.* Quo obsequio meritis videtur ut eodem hoc monili amictus placidè & piè moreretur. Tantarum Virtutum specimina cum inexplebili animarum Zelo conjuncta, cum se in ipso Tyrocinio illicò aperirent, maximè honorificis in societate munijs statim applicitus est. Moguntia cum Ministri Collegii partes omnes expleset, spiræ viginti duos annos continuos, & aliquot deinde Treviris, Rector præfuit; tum variis Provincialibus itinerum & laborum sociis adjunctus est, ea ubique satisfactione omnium ac commendatione, quæ ex Gubernationis diuturnitate luculentè emicat. Cetera in typos publicos jam olim data prætereo. Obiit Vir tantus meritorum & dierum plenus Colonia 13. Martij 1636. ætatis 73. Funus multo primatum affluxu curatum. Fama Sanctitatis viventem comitata est, & profecuta mortuum.

HERMANNUS à WOLFF METTERNICH in Gracht Electoris Colonienfis Consiliarius intimus, supremus Culinæ, ac successivè Nemorum & Venationum, Præfectus ampla Aulæ Ministeria capacibus animi talentis, & à Clarissimo Proavorum genere non degeneri indole plurimum nobilitavit. Conjugio usus est felici quidem, sed parum sæcundo, cum ex MARIA ab HOCHSTEDEN paris nobilitatis Matriona Filium non nisi unicum susceperit, sed talem, in quo Familiz posteritas per novos, fertilesque ramos, se erat nobilissimè diffusura. Is fuit.

JOANNES ADOLPHUS. L. B. WOLFF - METTERNICH Toparcha in Gracht & Strauhweiler, Dominus in Liplar & Odendal, &c. Hic Illustrissimam Familiam acquisitione Bonorum multorum ac Dominiorum in Imperio, Bavaria, Archi-Diœcesi Colonienfi, Ducatibus Julia & Montium locupletavit; sacre Cæsaris. Majestatis Consiliarius, & Electoribus Colonienfis, Bavaro, ac palatino à consilijs secretioribus fuit; itemque respectivè supremus Aulæ Marschallus, supremus Camerarius & Aulæ Præfectus, Administrator in Scharding, Satrapa seu Amtmannus in Lechenich & Bleisheim; cum MARIA CATHARINA ab HALL Filia Hæreditaria in Strauhweiler, non Genere minus, quam Virtutibus, Perillustri Domina Proles sedecim procreavit, Maræ novem & septem Femellas, qui omnes in utroque statu tum Ecclesiastico, tum Politico, ad sublimes quasque Dignitates, & quidem quatuor Filii, uno tempore, & rarissimo exemplo, ad Cathedralitios Decanatus Moguntia, Spiræ, Paderbornæ & Osnabrugi evecti sunt, ut meritò in Illius elogium trahi possit, illa psalmi 127. Davidica benedictio: *Vxor tua sicut visus abundans in lateribus domus tua; Filij tui sicut novella olivarum in circuitu mensa tua: Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.* Ex eo Filiorum numero, præter CELSISSIMUM PRINCIPEM, superest REVERENDISSIMUS & PERILLUSTRIS DOMINUS JOANNES WILHELMUS L. B. de WOLFF - METTERNICH Archi-Episcopalis & Electoralis Moguntinæ Ecclesiæ Præpositus Insulatus, Cathedralis Paderbornensis Canonicus; trium Electorum Moguntinensium successivè Consiliarius intimus, & Cameræ præses, Vir rerum publicarum uti apprimè gnarus, ita in iisdem cum magna Nominis & Famæ commendatione gloriosè versatus, &c. Vixit in Matrimonio annis 48. Obiit Colonia Anno 1669. ætatis 78, ad ss. Apostolos sepultus.

A Viro tot Majorum spectatissimis Imaginibus inclyto, & rerum gestarum titulis, meritisque, celeberrimo, prognatus est HERMANNUS WERNERUS Celsissimus Princeps Noster, & Dominus Clementissimus Anno 1625. 16. Augusti, ut cum augmento annorum meritis augetur, & honoribus meritorum præmijs. A prima Adolescentia emicare in eo cepit excelsus animus supra Proavorum gloriam aliquando assurrecturus. Nihil in conversatione asperum, nihil in cultu corporis aut incessu fastuosum, nihil in moribus fractum & dissolutum. Modesta gravitas stuebat in mores nullo affabilis Comitatus nocumento. Itinera sua in Regiones exteras, tot naufragijs famosos Juventutis scopulos, nulla levitatis nota vitavit, sed secunda ubique continentiz fama peregrinantem commendavit, extulitque supra stebilem Eorum sortem, qui in Regna peregrina cum patrimonij suis Innocentiam inferunt & Fidem germanam, nec quicquam efferunt præter inanes oculos, simulationem politicam, vultus cultusque mollitiem, & periculum, si non perniciem, animarum. Nec in aulis passa est virtus Ejus cum annis maturefcens, cum in iis non licentiæ campum, sed prudentiæ Magisterium quævisisset. Unde factum, ut aliorum mores suo interventu componeret, qui, cum Eum à magnis Proavis natum scirent, ad Majora prognostico vaticinio destinabant, singularium virtutum splendore perstricti. Nec falsis augurijs delusi sunt. Festinatæ enim Prælaturæ & Dignitates in Eum honorandum magno consensu confluerunt, & certarunt Ecclesiæ Cathedrales, maximè duz, utra earum Viri meritis

Virtutes

Virtutes amplioribus titulis condecoraret. Anno 1665. 5. Augusti à Capitulo Hildesienfi in SCHOLASTICUM; Anno 1676. 30. Martij à Paderbornenfi Capitulo in DECANUM; Iterum Anno 1682. 30. Aprilis ab Hildesienfibus in PRÆPOSITUM, & Anno 1683. 15. Septembris à Paderbornenfibz in EPISCOPUM & PRINCIPEM electus est, magnâ concordia, quæ non ex humanis motivis, sed altiori impulsu visa est coaluisse. In solita lætitiâ gestiere omnes ad nuncium ejus Electionis. Cum inaugurali pompa urbem ingrederetur suo modo accommodari festivo ingressui posset quod de ingressu Principis Trajani habet Plinius: *Non atas quemquam, non valetudo, non sexus retardavit quo minus oculos insolito spectaculo impleret; Hunc parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes, ægri quoq; ad conspectum Eius quasi ad salutem sanitatemq; prorepere. Feminas tunc sua secunditatu maxima voluptas subjicit, cum carnerent cui Principi Civis peperissent.*

Implevit omnium expectationem gestis suis. Cum in inferioribus prælaturis subsisteret, in Clero forma gregû ex animo factus est, ut S. Apostolus ait. Expressit in Seipso & moribus suis, quod in aliis expressum desiderabat, seu DECANUS præfesset, seu EPISCOPUS. Virtutes Episcopales, quas S. Paulus 1. ad Timoth. cap. 3. & ad Titum cap. 1. exigit in ipso elucere nemo diffidetur, sed impleri factis officia nominum, quæ in titulis præfert verus ECCLESIE EPISCOPUS & IMPERII PRINCEPS, ideôq; aliorum Principum, etiam Summorû, amoribus & honoribus latè celebris & excultus. Non descendam ad particularia: Visitatam in Persona propria Diocësin omnem, administrata Sacramenta, habitam solennem Synodum, erecta & refecta tum sacra loca, tum vias & opera publica. Sistit calamum Sapientis monitum Ecclî: 11. v. 30. *Ante mortem ne laudes hominem;* & illud Plinii in Panegyrico Trajani: *Orationem ad modestiam Principis submitendam esse, nec minus considerandum, quid aures ejus pati possint, quam quid virtutibus debeatur.*

Finito itaq; & Scriptoribus posteris relinquo, quæ reticere me cogit metus incurrendæ adulationis, quantumvis ad candidissimas aras Deæ Veritatis litare me noverim. Epiphonema sit commune Subditorum votum: qui Principi SVO PATRIÆ PATRI, annos pacificos & felices, vitam in vegeta senectute maximè diuturnam optant, & imperium in Patriam, si fieri posset, per sæcula æternaturum.

IN EFFIGIEM CELSISSIMI PRINCIPIS.

TANTVS IN EXILI PRINCEPS Depingit Vr ære,
 Vt referat Magnos parVa synopsis AVos.
 scripsit Ibi patrlas VIVA sVb IMagIne Dotes,
 VirtVs, & Veræ noblLitatis opes.

FECIT SALOMON

FESTIVITATEM CELEBREM CORAM DOMINO

3. Reg. 8.

S I V E

HERMANNUS WERNERUS CONSECRATOR ECCLESIE XAVERIANÆ.

CLangVnt Aon-II festiVa CeLeVs- Mata CL-IVI.
 Lenla pler- VoLVVnt ACroa- r-
 WERNERI Ve- Mitrâ est or- nante DeC- orVs:
 pegaseVs Vo-rtcX pLaVsV est reso- son-
 ara refVLg- LVCens saLo- Mone stVp- esClts
 soLqVe reLVC- centf VcCtVs tc- rVb-
 LVCe CorVsC- antf fLaVens LaqVe- are pat- esClts
 rhVreqVe fVM- antf fVLgens ALt- tep-
 IVbILa paC- IfICo LltVVsqVe, fra- gore loC- antVra
 reCtaqVe Magn- fabrlCz fVL- gore be-
 BVCCIna raV- Clsono CLanglt Varl- ata son- ore.
 gaVDla DVL- VenlVnt repLIC- frag- ore.

Ignis descendit de coelo, & Majestas Domini
implevit domum. 2. Par. 7.

S I V E
WERNERI CONSECRANTIS
ET ECCLESIAE XAVERIANÆ
SACER SPLENDOR ET MAGNIFICENTIA.

S VtInVlt parIVs saLoMoniCa teCra CoLoſVs;
fVLſit In aVriſero braCtea fLaVa thoLo:
fabriCa panChæo ſtetIt InCrVſtata MetaLLO;
regliſiCo LVXV penſiLe fVLſit opVs:
poſt hæC ILLVXit bipatentis fVLgor oLyMpi;
æthraqVe LVCiferos claCVLata gLobos:
arſit & à raDIis, & Maleſtate LaCVnar,
pVrpVreVſqVe fVlt ſparsVs ab Igne nltor.
DVret Vt eXCeLſis, WERNERE, CorVsCa CoLoſis,
fVLta eſt præſIDIis fabriCa noſtra tVls:
VtqVe ſaCræ rVtilent LVCentibVs ignibVs aræ,
ſVnt tibi ſiDeræ, CorDe CaLente, faCes.
ne ſit VVLgarI ſCintILLans LVCE LaCVnar,
ſoL PATRIÆ fVLget, MItraqVe fronte Vibrat.

Salomone dedicante concinunt tubæ & cymbala. 2. Par. 5.

S I V E
CONSECRANTE WERNERO
CONCINIT HARMONIA VIRTUTUM.

P ER CVnctas generoſa ſonat philoMeLa figVras,
ſeXCentſqVe ſonſ VniCa CLangit aVis:
ſiſtat, & tinnit, Creſtat, LipliqVe, friltiqVe
pVLChra CoLoratI DVX philoMeLa ChorI:
zlnziLVLat, trlnſat, trVtilat, plpatqVe, plpliqVe,
aõnliſqVè qVatit roſtra perIta MoDIs.
CInCra ſVo, WERNERE, Choro ſymphoniCa VIRTVs
VoLVitVr In CVnctos Ingenloſa ſonos;
et pVLChro qVotles In te CltharlsMate CLangit,
affICItVr CantV terra, poLVſqVe tVo.
VoCe ſonat baſſa VIRTVs ignara tVMoris;
ſeD ſtreperâ zeLVs, IVſtitlæqVe rigor:
Vt tVba, per paDeraM, tVa perſonat aVrea VIRTVs;
CLangit In argento Virginitatis honos.
VinCeret ILLe ſonor CyrrhæI barbita phœbi;
Vranles bVXVM, CaLLiopeſqVe CheLyn.
MVſiCa perpetVò WERNERI CLangit In aVLâ:
ConCentV VIRTVs non ſiLet ILLa ſVo.
ſi VVLtV, WERNERE, tVo noVa teMpLa beantVr,
qVIs neget ætherco pLaVDere tota ſono?

Præcepitque

Stravit Salomon pavementum pretiosissimo marmore, &
textit auro Cherubim expansis alis protegentes Arcā. 2. Par. 3.

S I V E

GLORIAE EPISCOPALIS FVNDAMENTVM & TVTELA
HERMANNI WERNERI
VIRTUS & NOBILITAS.

NE rVat è Veteri paDerana rlara Vigore,
FVLCitVr geMlnā, non rVltVra, basI.
ALtera NOBILITAS basIs est, basIs ALtera VIRTVS
firMior, Vt Veteres VtraqVe fVnDet opes.
Has cXsVrreXit paDerana rlara per aLas,
Westphaliā* reLiqVas hIs præt Vna MIttras. **Cathedra Pader-
born: primū locum
habet in Circulo
Westphalico.*
NOBILITAS gLaDio, LitVI tVraMIne VIRTVS
protegit, ista sVI spēs, Vt & ista, gregIs.
FVLget NOBILITAS, & pLVrlbVs aLta CorVsCat
LaVrlgero CLaris Marte, VeL arte Vrls.
Ast etsI sVrgVnt à LaoMcDonte penates,
sI perlit VltVs, fVCVs Inanis erVnt.
QVID IVVat In signIs faCies seMesa VetVrls,
AVt gentIlIstI parta trophæa sagI?
AVt QVID sVnt STANTES IN CVRRIBVS ÆMILIANI? *Juvenal. Sat. 8.*
arrosā Veteres nare, genIsqVe patres?
sI sIMILI patItVr Corrvpta tereDIne VltVs;
sI tIneas In se nVrlt & ista sVas.
sVrlge DIspositas per fVrVa paLatla Ceras,
sI Vigor InterIt, fVMVs Inanis erIt.
raC taMen In faCILES ColtVra sIt VtraqVe neXVs,
ALter ab ALterIVs CresCIt honore nItor.
NOBILITAS Largos VltVtI IVnget honores,
VIRTVS præsIDIVM NOBILItatis erIt.
NOVIt ID & nostræ WERNERVs gLoria MIttræ,
LVX patrIæ, gentIs soL, sIne nVbe, sVæ:
sCIt qVantI Longā sIbl stent ab orlgIne PATRES,
EXIMIlqVe, sVæ sIDera gentIs, AVI.
fIXa perILLVstres nVMerat sIbl pLVra per æDes,
sIve trophæa sagI, sIve trophæa togæ.
Has Verò cXVVlas, peregrIna MonIlIa, stlrpls,
In patrIs DVClit posterIora bonIs.
qVæ fLVIt è patrIo VltVs prœaVIta penate,
tota per HERMANNI CorDa, fIbraSqVe rVlt;
hæC ILLI ILLVstres peperIt, VIta regla, MIttras;
nobIlIs hoC CeLebrI gVrgItte fLVXIt honos.
O feLIX paDiborna! tVIs grate trIVMphIs,
sta sVper hâC, perIta, non rVltVra basI.
sI genVs, & stlrpl VltVs Innata paternæ
DIGNa fVere tVæ fVLCra, basIsqVe, MIttræ:
Et genVs, & gentIs VltVs reDIVIVa paternæ
sprat In HERMANNO CLara, nItetqVe, tVo.
hIs aLlos sVper-exerentIs paDiborna sVb aLIs
WERNERVs MIttræ est aLa, basIsqVe, tVæ.

Salomon consecrans mactavit hostias pacificas. 3. Reg. 8.
**WERNERUS LITAT HOSTIAM
INCRUENTAM,
PACIS PROGNOSTICAM.**

VblqVe pleno robore tympana
enfes LaCessVnt, CLassica personant,
Infestiat hostis, & sonant
ære tVbæ, LtVlqVe CLangVnt.

Ist er CrVentis fVLgVrat ensibVs:
arena spissis horret ephippis;
stringit sarissas efferato
thermoDoön fVriatVs æstro:

Attrita grandi VVLnere, CornVa
noVare tentat, LVna borysthenis,
æCLipticâ DiffraCta fronte,
AVitriCo tenVata ferro,

alienVs Cånoris ConCrepit VngVLLis;
InterqVe nitrî Mœsta tonitrVa,
xeroCientes Inter enses,
sangVineis natat in proCeLLis.

sabis rVbesCit sangVine DisCoLor,
et prællantes Inter aCinaCes
tinnit sarissâ: grandInantî
pVLVereVs Crepat ære tVrbo.

Inter fVrentis CLassica bVCCinæ,
saLtre Cernit paDera nataDes,
et Vitreôs Inter penatès
Virgineos agitare LVsVs:

etsi graDIVVs beLLiger IngrVat,
WERNERE, nêsCit pLangere patria;
Librabit, avspicate prinCEps,
Lætificos tVa DeXtra fasCes.

për te, benignæ paGis In otio,
serent oLIVas Littora paDera;
neC Vitreæ CrystaLLVs VnDæ
LVctificis rVbeflet hastis.

etsi sonoris territa CLassici
VICina rheno Littora LVgeant;
et fLVctVent VnDante gLebâ
horriseri segetes graDIVI;

sVb te qVlesCens prinClpe patria,
Inter perennis CornVa Copiæ,
Inter perennantes oLIVas,
pacificâ potletVr VMbrâ:

Inter sarissas & fera CLassica
stertet sereno paDera gVrgite;
natalqVe IVnClis InCVbabit
pacifico resVpina fVnDo.

Non

non hæc Inani fLamine sibi Lat
 Cortina phœbi: VoCeqVe prasClâ
 non errat aVgVr: aVipICato
 ara rVbet genialis Igne: *
 WERNERVs aris astat oLIVifer;
 EXpLetqVe Latas paClifer hostias;
 et thVre fragrantæ CaLesCVnt
 paCliferæ saLoMonis aræ.
 ptoCVL Diones ara VirentibVs
 splrans Coronis; & neCe LVbrICI
 postes faCessant, & Ltata
 saCrificIs hoLoCaVsta CVLtris.
 absint seVeræ saCra proferpInæ:
 proCVL IVVenCæ saCra phoronIDos:
 anVbIDis faCessat ara,
 sangVineo rVbefaCta ferro.
 WERNERVs VLLIs absqVe bpennibVs,
 paClis benignas perfICIt hostias,
 et InCrVentâ fronte gestat
 LætifICas saLoMon oLIVas.
 sperate CIVes aVrea sæCVLa:
 si regna persistent rInClips aVreI,
 non tInnente fVLMInabit
 ense ChaLybs, aClisqVe ferrI.

* Ex igne solebant
 captari auguria.

Cedro omnis domus vestiebatur habens tornaturas
 & cælaturas eminentes. 3. Reg. 6.

S I V E

T E M P L U M H O N O R I S;
 & H E R M A N N I V V E R N E R I G L O R I A
 I M M O R T A L I C E D R O I N S C V L P T A.

Vt CorVsCarent renitente VVLtV,
 AC perennarent rVtLante CVLtV,
 neC trabes possent terebrare fœDò
 ore tereDò,
 CeDrino strAVit tabVLata rigno,
 et Laborato LaqVeata Ligno
 DVX paLæstinæ, LibanIQVe LeCtâ
 arbore teCta:
 rasILes postes anagLypta trIVit;
 DæDaLo torno phaLeras poLIVit:
 areIs CltCa rlgVIt VenVstIs
 fabriCa CrVstIs.
 e CeDrIs VItVs sVa teCta fngIt;
 fornICes aVro raDlante plngIt;
 teCta CoLLVstrat rVtILans sinops
 strata pyrops:
 EX perennantI thoLVs est aChate:
 hIC sVb æterno rVtILant penate
 ACta WERNERI, graphICè Marino
 sCVLpta rVblno.
 gesta WERNERI rVtILant In ære,
 ne qVeat LVCI LaChesIs noCere,
 ne IVbar LaVDis tenVent terentè
 sæCVLa Dente.
 ne IVbar, Clótho, VioLare possIs,
 stabIt eXsCVLptIs DeCor In CoLoIsIs,
 fræna qVò tItan agIt In CabALLIs
 CLara CoraLLIs.

H 2

Popul

Populi benedicentes Regi profecti sunt in tabernacula sua
latantes. 3. Reg. 8.

SIVE

HERMANNI WERNERI GLORIA, ET SVBDITORVM SVB TANTO PRINCIPE FELICITAS.

CLARE PRINCEPS, non fatls Clt,
InqVe plnDo ConCVpls Clt
ferre frana pLena LaVro,
saLlentI se petaVro
ClrClnare, proVoLare
gestlt aCer pegasVs:

At repVgnans hIC stVpes Clt,
Et svbire Lora nes Clt
per Carentes fine VaLles,
obstosqVe LaVDe CaLles;
obstat aLls, prinCipaLls

Chaos Ingens gLorla,
In honorIs hâC arenâ
neqVIt ILLe ferre frana;
Et LabantI CrVre fetsVs,
neqVIt VLtra ferre gretsVs,
Insonante, proVoCante
aLaCer poppys Mare.

Ergò frVstra se LeVantI,
In arenIs CespitantI,
InqVe ClrCo gestlentI,
Inter astVs hlnntentI,
I CaMcœna, solVe frana
hippoCrenes aLltI.

VICTA CLIO ContlCesCe:
Phœbe præses erVbesCe:
heLlIconos In Vireto,
AtqVe plnDI fraXIneto,
pLeCtra ponas, & Coronas
pro trophæo PRINCIPIs:

hVnC sonare phœbe nes Cls,
pLenVs œltro sI CaLes Cls,
pataræa sI CaterVa,
seV rhaLla, seV MinerVa,
æstVaret, & sonaret
perstrepente barblto:

seV CothVrnIs eLeVentVr,
sIve pLeCtris æMVlentVr
Ipse PhœbVs, terqVe trInæ
Aganippes InqVILInæ;
non, VagantI, VeL VoLantI
aLscqVVntVr peCtIne.

Ergo LatI ferre grates,
paDerantI Vos penates:
Vbi PRINCEPS ILLe CLarâ
fVLget aLtVs In tlarâ,
Vos seDerIs, & nitetIs
gLorioso VertlCe:

Vbi fasCes ILLe Librat,
AVt tlarâ fronte Vibrat,
habitantVr faVstItatIs,
pLena pVræ CLarItatIs,
Et serenâ paCe pLena
saLoMonIs atria.

Ergo ritè sVbsILite,
sIve CLIO, sIve spIo,
gaLatea, seV napæa.
absqVe beLLIs, & proCeLLIs,
gestlente se trIdente
raVsta laCtet paDera.

DISCRIMEN INTER TEMPLUM SALOMONICUM & XAVERIANUM.

Malleus, & ferramentum non sunt audisa in domo cū adificaretur.
3. Reg. 6.

Non VLLo CrepVIt SaLoMonlCa fabrlCa saXo,
fabrllI taCVIt tInnVLVS ære fragor.
te Laps, & ferrVM neqVeVnt, WERNERE, sILere,
Et referVnt LaVDes saXa sonora tVas:
Et petlt Ipse Laps, saLlente per astra. fragore,
FRSTENBERGIA DEN, XAVLERVMqVe LoqVI.

DISCRIMEN SECVNDVM.

Fecit Salomon aureum, perfecitq; omne opus in domo Domini. 3. Reg. 7.

REX SALoMON aras tyrlO fIngebat In aVro,
Vt staret fabrlCæ DIVes VblqVe nltor.
qVIs CoLLator erlt, VeL fVLgor prinCipls aræ?
VVLgares prinCeps non CVpit ara ManVs.

A D Z O I L U M

Zolle, Vasta tibi sparlOsaqVe teMpLa pVtantVg
EXlgVo paDERæ non fatls apta LatI:
NIL tibi Dissiteor; Merltò tV parVa reqVlrls,
par sIt Vt IngenIo fabrlCa parVa tVo.

